IHS

IN DEI NOMINE AMEN, ANNO A PARTU VIRGINIS SALUTIFERA INCARNATIONE, MILLESIMO QUINGENTESIMO TRIGESIMO SEPTIMO; INDICTIONE X. TEMPORE PONTIFICATUS BEATISS. ATQUE SANCTISS. DOMINI NOSTRI D. NI PAULI DIVINA PROVIDENTIA PP. III. DIE VERO. XVII. SEPTEMBRIS

HEC INFERIUS QUÆ SEQUUNTUR, SUNT STATUTA MAGNÆ NOBILIS [illegible] TERRÆ CASTRI PLEBIS in quatuor voluminibus [illegible] [illegible] ac compilata olim per [illegible] et prestantiss. V. I. DOCT. [illegible] [illegible] DNI hylarii celsum [illegible] temporis POTESTATEM dictæ Terræ de voluntate, REVERENDISS. ATQUE ILLUSTRISS. DOMINI DNI JOANNI DOMINICI TIT. SCTI LAURENTIJ IN LAUCINA PRESBITERI CARDINALIS, [illegible]RANENSIS, PERPETUI DICTÆ TERRÆ GUBERNATORIS: et per [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] Consilij dictæ terræ Confirmata [illegible] VNDM. [illegible] approbata: [illegible] Capiam [illegible] [illegible] appolis Civem [illegible] ANCELLARIUM [illegible] [illegible] [illegible] dictæ Terræ [illegible] [illegible] REFAT REVERENDISS. mihi [illegible] Quæ quidem [illegible] [illegible] MAGNIFICI VIRI DNI [illegible] DE PER BENEDICTIS DE CAMERINO LOC. TENEN. dictæ [illegible] nec no MAGNIFICOR. DNORUM [illegible] ARTIUM [illegible]PLEBIS, [illegible] LACTANTII CASELLE, et ANTONI [illegible] dictæ Terræ, et cor. Comissione [illegible] [illegible] [illegible] Sua [illegible] Notarii soli[illegible]



E LECTIONE MAGNIFICI POTESTATIS ET MAGNIFICORUM DOMINO PRIOR. ET ALIOR. OFFICIALIUM, ET EOR. OFFICIO

LIBER PRIMUS FELICITER INCIPIT

DE ELectione Potestatis et Eius famylia, Salario et officio.

PRO BONO, et pacifico statu comunis et hominum Castri plebis sta
tuimus et ordinamus quod potestas dicti castri quem In futurum eligi contingit, per co
munitatem, et Consilium Maius eligi debeat ac per litteras sciss. Dominj nostri pro tem
pore existen. confirmari ipsius eligendi sumptibus et expensis: que electio fieri de
beat et possit ad Tempus sex mensium dum taxat: qui eligendus ad dictum officium
siquidem erit legum doctor non astringatur ad retinendum secum ad dictum officium aliquem
Judicem. Si uero non erit Doctor, Teneatur et debeat secum ducere ac continue
retinere unum Judicem legum Doctorem ac peritum Item unum Notarium Malleficiorum
Item unum socium militem cum sex famulis seu biruarijs aptis ad Arma et armorum
exercitium. Item unum extraordinarium. Item unum Domicellum Qui, ante ipsum Dominum po
[illegible]m ensem, atque Galeam (ut moris est) deferat Item unum Equum idoneum
[illegible]rificum personę suę: Pro quibus Judice, officialibus, familia et equo possit
[illegible] offo. Ipse D. potestas à Prioribus et sintico dicte communitatis
[illegible]um et Arbitrio Cogi assignament. seu resignam facere. et reper
[illegible] Judicem, officiales, familiam, et Equum non retinere, uel in aliquo deli
[illegible] secundum formam Statuti. Pro suo aut, ac predictorum omnium salario
[illegible]mpore predicto habeat, et habere debeat a dicta communitate flore
[illegible] ad rationem gross. decem pro floreno quolibet soluen.
[illegible] dictum dicte comunitatis directum Camerario uel alteri pro ut à dicta
[illegible]natam in tribus uicibus diuisum V3. Transactis primis duobus me
[illegible] Transactis it. quattuor Alios quinque. Reliquos quinque in

fine officij, et postq̄ ipse cum suis offi[ciali]b[us] et familia sindicatus fuerit ac
pro defensione dictæ comunitatis eidem Co[mmun]i unu[m] ferreum Tormētum Archibusu
nuncupatum ualoris ad minus florenor[um] quattuor consignauerit, atq; dimiserit.
Teneatur preterea dictus d[omi]nus P[otes]tas, si (ut prefertur) doctor fuerit omnibus et sin
gulis diebus Juridicis semel in die de mane seder[e] ad banchu[m] Juris in Palatio
et loco consueto premisso campanæ sonitu, et unicuiq; personæ cuiuslibet status et
conditionis Justitiam redder[e] atq; administrare seruata forma Statutor[um] dicti cast[ri]
in casibus in quibus decisiones statutor[um] apparent, in quibus u[er]o statuta dicti ca
stri no[n] disponerent, secu[n]dum formam et dispositionem Juris co[mmun]is. Ipso uero pote-
state no[n] existen[te] graduato in Jure, Illud idem Teneatur et debeat facer[e] mediate
persona unius periti Judicis Doct[oris] ut supra per ipsum retinendi: nec possit ipse
D. P[otes]tas, uel Jud[ex] recedere à d[i]c[t]a Terra, et eius Territorio sine expressa Licentia
D[omi]n[orum] P[rio]r[um] et sapientum co[n]silij, ad pena[m] uigintiquinq; librar[um] pro die quolibet, quo
absens fuerit, de suo salario retinendam, et Communi d[i]ctæ Terræ ipso facto appli
ca[n]d[am]. Volumus et[ia]m atq; ordinamus q[uod] Idem potestas finito eius officio Te
neat[ur] ac debeat stare ad sinticatum in dicta Terra castri Plebis in Pub[li]co hospitio
unà cu[m] eius Judice, Notario, officialib[us] et familia, et unicuiq; pro se ac pre
dict[is] eius de Jure coram sintico Respondere, ac satisfacere per Tempus quattuor
dier[um] ad penam Quingentor[um] lib[rarum] communis d[i]c[t]æ Terræ, pro reparatione atq; conserua
tione murorum dictæ Terræ, quæ sinticatis eisdem per dictum commune remitti
no[n] possit nec de ea gratia fieri in totum ut in partem, nisi per Tres partes
de quattuor partibus consiliarior[um] maioris con[si]lij ottentum fuerit. Et
si idem D[omi]nus P[otes]tas cu[m] suis (ut prefertur) ad sinticatu[m] no[n] steterit soluta dicta
pena, omnino ad sinticatu[m] (ut dictum est) stare debeat. Teneantur Insuper
predicti D. P[otes]tas, Jud[e]x, Not[ariu]s, socius Miles, et extraordinarius solemniter ad
sacra Dei Euangelia coram Prioribus et in manibus Cancellarij dictæ Terræ
actuale Juramentum prestare ante Ingressum officij q[uod] off[iciu]m fideliter, diligenter
ac mundis manibus exercebunt: et omnia quæ comuni dictæ Terræ utilia esse
facient. et in specie Dict[u]s D[omi]n[u]s Pot[esta]s de obseruanda dispositione breuium Po
ntificum Julij IJ. Leonis X. Adriani VII. circa commissione[m] et[ia]m à sede ap[ostoli]ca
uel legatis emanandas forsitan no[n] exercen[di]. per ipsor[um] litteras in forma breuis
in fauor[em] dictæ communitatis emanat[as]. Et q[uod] Potestas et eius dict[i] [illegible]
Vacationem a dicto off[ici]o. Inde ad sex annos à die finiti eor[um] officij Num[illegible]

C. DE Prohibit[ione] [illegible] Emptionis [illegible]
et [illegible]ius Prohib[illegible]

2v

D[E]FENDAM omnē occasionē iniustam atq; inhonestam quoq̄mō perpe-
trandi statuimus et ordinamus q̄ dc̄us Judex, uel aliquis officialis ipius Pote-
statis nō possit comederē nec biberē in palatio nec extra palatiū cū aliquo de Terra
castri plebis durantē eorum officio, et simili modo nō possit luderē ad ludum aliquē
Taxillorum, Tabularum, uel cartharum cū aliquo de eadem Terra in palatio uel extra
ad penam uigintiquinq; librarum den. ipō fcō ⁊ uice qualibet et de suo salario reti-
nendam, ⁊ communi dicte Terre applicandam

Q VOD Potestas nō habeat salariū, nisi
pro tempore quo seruiuerit

[I]TEM q̄ Potestas et Judex, nō possint ipsi nec aliquis eorum plus haberē uel pe-
terē de ipsorum salario nisi per quantū Tempus seruiuerit, etiam si per mortem,
pestē, guerram, ut aliam Causam cessarent ab offo supradcō. et Camerarius Cōis Teneatur
nō satisfacerē eis uel alteri eorum nisi pro rata Temporis quo seruiuerint et idem dici-
mus, ⁊ intelligatur de omnibus officialibus.

Q VOD Potestas et alij Offles [...]
contenti de hospitio Palatij

[I]TEM Dicimus, et ordinamus q̄ Potestas, Judex, ⁊ Notarius malleficiorum sint
contenti de hospitio Palatij cōis dicti castri: et aliam domū habere nō pos-
sint nec peterē ipsi, nec ipsorum aliquis: et Camerarius Cōis aut alia perso-
na nō possit aliam domum conducere pro eis uel aliquo ipsorum: et qui conduxe-
rit Teneatur pensiones soluerē de suo: ⁊ Priores Teneatur nō proponere, nec ali-
quis arrengarē nec camerarius possit soluere aliquā pensionem ⁊ si dicti Priores
proponerent, uel aliquis arrengharet, uel Camerarius aliquā pensionē solueret, uel aliqs
steterit ad partitum q̄ aliqua pensio soluatur, uel cōsuluerit, soluat tam pro-
nens q̄z consulter, ut qui steterit ad illud partitū uigintiquinq; lib den pro q̄o
libet. ⁊ q̄ fecerit nō ualeat ipō iure aliquo capto uel ordinamento facto uel facien-
[do] in contrariū loqueretur, nō obstante.

DE Patrocinio Prestando a Judice, et
[...] Officio

ITEM ordinamus quod Iudex ipsius Potestatis et comunis predicti

Potestate facta possit et debeat in Civilibus et criminalibus caus

Terminare et omnia facere et exercere, ut potestas potest, e

castri Plebis Teneatur prestare patrocinium Sintico generali dicti

causis et litibus quas dictus Sindicus nomine dicti comunis haberet.

non faceret ad petitionem ipsius sintici soluere debeat comun

xxv. lib. den. et Teneatur etiam dictus Iudex omnes sententia

dare sine aliquo pretio et salario in dictis causis ad dictum com pertinen

eadem pena. Teneatur etiam dictus Iudex consulere et consilium exhibere omni

singulis officialibus in his seque et super his, que ab eo duxerint postulanda occasion

offici. sine ullo pretio: quod si non faceret, possit et teneatur dictus officialis cui sic co

consilium denegatum per Iudicem supradictum, et quelibet singularis persona denumptia

re sintico generali dicti comunis, quam denumptiationem dictus Sinticus dicto Iudici

notam facere Teneatur: et si post dictam denumptiationem per dictum Sinticum

factam dictus Iudex cessaret consulere dictis officialibus (ut dictum est) dictus sinticus

Teneatur uinculo Iuramenti Tempore sinticatus dicti Iudicis contra dictum Iu

dicem de his petitionem offerre

De non dando Arbitrio Potestati, et

Aliis officialibus

3

VOLUMUS etiam statuentes quod Potestas, Iudex, ut alius officialis ipsius Po

testatis cuiusque officii ut auctoritatis esset, non possint ipsi nec aliquis eorum

in consilio generali uel alio consilio dicti comunis uel contione petere Arbitrium

3

et si quis eorum peterit ... de suo centum libras den. Et si eis uel alicui

eorum daretur, non ... Priores comunis non debeant neque possint

proponere et ... lit. concedatur predictis uel

alteri predict... homini Centum lib.

den. et ... propositiones scriberet

3

soluat ... dictum Arbit. con

cedatur sol... ... non

possit face... ...

alicuius ...

3v

[illegible] et alij off.les Teneantur nō recipere aliquid ab aliqua p[er]
[illegible] mutui, dationis, vel venditionis, aut alia ca. et qui contrafe
[illegible] nomine bampni mg.ti quinque den. communi: Et nullus debe
[illegible] dictam penam et hoc intelligatur si fraude dabit et id quod
[illegible] neatur. et ad hoc Teneantur Priores requisitionem facere et con
[illegible] mnare.

QVOD Potas, et Consiliu Teneantur [illegible] favorem PRIORIBVS

[IT]EM ordinamus quod Potestas et Totu consiliu teneantur dare Auxiliu, consiliu et favorem Prioribus et eorum officio, et quod quicquid ipsi cum eorum consilio ordinaverint et tractaverint pro consilio Custodia et Statu castri Pleb. vel maior pars ex eis, Illud teneatur servare, et executioni mandare et ordinamenta facta et facienda omnia tenere exceptis casibus in quibus specialiter incontrarium disponeretur reservata tamen volutate superioris.

DE Arbitrio Ptatis et Officialium

ITEM Statuim, et ordinamus quod Dns Ptas habeat Arbitriu et facultatem precipiendi Ubi, et cui sibi placebit [illegible] legiptima tamen causa precedente sub comminatione pene centu sol. et contrafacientem in tali pena condemnare et in Inferiorem. Judex aut quadrag.ta solidorum. Socius miles viginti [illegible] mastiorum decem. Et si dictus Dns potestas vel Alius offi.lis [illegible] et urgeret ad maiorem pena incid[illegible] Priores Teneantur [illegible] in precepti contentum et nihilis. [illegible] obedire ne teneatur.

[illegible]

[illegible] continue sicut
[illegible] et debeat
[illegible] officialis
[illegible] et off.les
[illegible] Priores

pro Tempore existen. una cu sintico & cam.o possint
mel in ebdomeda reuiderr ac requirere presentiam
et familie: et si no repistur ipm ptatem esse pnten
aut famulis quos retinere debet ex forma electionis no re
puniantur in pena & ad penas pntis statuti infrascripti
statis in quinquagita lib. pro persona Judicis in Trig.ta
tis uel Not. mallor. in ing.ti quinq. pro persona extraord.
Domicello & famulis in decem lib. pro quolibet, pro equo in
penas debeat Camerar.s cois de salario ipius Dni ptatis

De electione et off.o sindicatoris
Potestatis et officialium

Item Statuimus q potestas & eius off.les & familia sintic
eor. off.o per unu sinticat.r que elegerint Dni Priores pro Tem
una cum cosilio maiori qui sindicator sic electus debeat residere
silentie Dni Potestatis pro Tribunali bis in die tribus cotinuis
diate finito off.o ptatis incohandis. Quibus durantibus audire
beat oes & singlas querelas siue petitiones contra dcos off.les &
rectos & super ipsis summarie, ac sola facti ueritate inspecta
cedere. Quarta aut die querelam porriger querelantes no pos
lutioni querelar. & petitionu antea perrectum dict. Sinticat
eodem die de sero sententias proferat condemnando uel ab
Juris fuerit, Qui Sindicat. habeat unu Not.o eodem mo
et Consiliu deputandum: Quibs Sinticatori, & Not.o salari
et constituantur per dnos Priores & consiliu, Temp
siderat. personar. ac Tempor. qualitate

De Modo et ordine facien
Sacciatoris

Cum officium Dnor. Prio
cipale Caput Regiminis Terre predicte pp quod
solerti cura & ingenio ut electio fiat de meli
dentiorib. eiusdem Terre, Idcirco ut in
bieras seu discordia ualeat cor. statuimus

…na omissionis eorum salarij per Camerar. ipso facto retin…
…q; ducatorum, ac etiam priuationis habilitatis ad aliq…
…a Tempus et Terminum decem dierum à die incohati eorum
…Teneantur et debeant Maius consiliu conuocare in eoq;
…ut Tempus reficiendi regiminis seu sacculi Dnorum priorum
…sq; conuocatis et astantibus requirere et ut desuper opp.me
…onsiliu ad eiusmodi ordine atq; formam procedere debeat vz.—

…minantur et nominentur per dcos Dnos Priores Tres uiri probi,
…di omniq; suspitione carentes ex quolibet Terterio, qui propositi
…nsilio ad fabas Albas et nigras approbentur et acceptari Teneantur et
…possint, Sed uocati ad Palatium comparere debeat, atq; obedire sub pe
…lib. den. a quolibet ipsorum nõ obediente de facto auferendorum, Ap
…pro Tribus quartibus fabrice Murorum dicte Civitatis, Et reliqua quar
…officialibus facientibus executionem, qui electi, ex quo electi fuerit
…ac debeat In Palatio Dnorum priorum stare permanere, atq; morari cõti
…noctuq;, et inde numq; discedere donec et usq; dictum sacculum Intr
…perfecte refecerint, reclausi atq; ab omni hominu comertio segregati
…sub pena predicta, modo quo s. appda atq; exigen. Quos homines
…posit secrete, et preterqua in presentia omniu ipsorum alloqui, sub pe
…ut premittitur applicandorum atq; auferendorum: Qui homines obli
…tum sacchulu componere, atq; reficere Infra Tempus et Terminum
…sub pena dece florenorum (ut premittitur auferendorum, et aplicandorum
…alios Tres dies immediate subseqntes, et anq; inde discedant dem
…ficere Teneantur sub pena eadem: Qui homines Tempore quo pñt
…latio clausi erunt, sumptibus dicte Civitatis per Camerar. pro Tem
…faciendis, alimentari atq; Gubernari debeant. Et ad hoc ut officiu
…publicationem ipsius continue sit secretum: Postquam cedule
…rum, quelibet cedula in Pallecta cerea inuoluatur
…ndantur et reserentur in quadam Cassetta cu quattuor seris
…mam clauem: Et guardianus sci Franc. extra per
…dictis clauibus, et alias claues Teneant dni Priores
…Priores sint et esse debeant pro qualibet pal-
…Cassetta stet et stare debeat penes dictu

Guardianu in Sacrestia dicte Ecclesie: Quod quide Sacculu fieri debeat cum interuentu Superioris seu eius officialis pro Tempore existen.

C. DE CONSILIO MAIORI: et XII. SAPIENTUM

STATUIMUS, ET ORDINAMUS q Dni Priores infra Tres dies incohandos a die introytus ipsorum offi. Teneantur et debeant eligere et nominare Duodecim homines vz. quattuor quolibet pro Terzerio: Qui homines sic electi, sint et esse debeant de consilio Sapientum, sed sint ex capitibus officij prioratus, pro Tempore in in Sacchulo nominatis: et quod Dni priores heant plenam licentiam autoritatem, baliam et potestatem congregandi et cogregari faciendi uigore pntis Statuti cosiliu Maius super omnibus factis et negociis Tangentib Comunj Terre predicte ac etia particulares personas, seruata tn hac forma q precedenti die ant q coadunetur maius consiliu more solito fiat consiliu Sapietu de dictis XII. hominibus in quo Saltem adsint et adesse debeant due partes ipsorum et in eo legantur et describantur omnes proposite faciende per dictos Dnos Priores: Et si in dcto consilio Sapientu per duas partes illorum qui fuerint presentes misso partito ad fabas albas et nigras fuerit obtemptum q dicte proposite uel aliqua ipsorum proponantur in consilio maiorj, Tunc et eo casu habita licentia a Superiore, uel eius locum Tenente ut moris est, dcti Dni Priores Teneantur et debeant dicta precedenti die et sero bamniri, et bamnirj facere dictum Maius Consilium, nec no pulsare et pulsari facere Campanam de eodem sero et de mane sequenti diej in qua fieret consiliu predictum vz. maius: In quo cosilio quicquid fuerit obtemptu per duas partes de Tribus illorum qui fuerint pntes Misso partito ad fabas albas et nigras Valeat et Teneat, ac si factum esset per Totum populum Terre c. plebis. Declarantes etia dictum Maius consiliu ualere et Tenere, et fieri et congregari posse cum numero Triginta consiliariorum addito uno et no cu minori: et si dcti Dni Priores, alr ac forma no seruata fecerint, puniantur pro qualibet uice pena uigintiquinque lib. den. pro quolibet. Et q nullus canc. possit scribere propositas, nec ipsas legere dicta forma no seruata sub pena dicta: et nihils quod deliberatum fuerit contra dictam formam [illegible] nec Teneat ipso Jure: et q in dictis consilijs uel aliquo eorum misso partito et perdito plus mitti no ualeat per dictos Dnos priores Tempore [illegible] fuerint in off: sub pena predicta dictis Dnis priorib:

ce id 7 totum quod per ipsos cōsiliarios seruata forma predicta fieret et refor
maretur in dicto consilio maiorj ualeat 7 teneat ut supra et debeat perpetuo ob
seruarj, nec cōtradici possit per potatem uel alios eius offi.les modo aliquo uel in
genio sed autoritate ptis statuti perpetuam obtineat firmitate: 7 dicti D.
priores teneantur exequi et exequutioni mandarj pro ut apparebit reforma
tū 7 ordinatum sub pœna predicta

DE EXTRACTIONE DNOR PRIOR ET COR OFFICIO

PRO SALVBRI statu 7 conseruatione terre castri Plebis ac eius manutentione
pacifica, cum sine capite ordinato ad regendum 7 gubernandū ipsum populum
stare 7 obseruari nō possit prouida deliberatione statuimus et ordinamus q
Dni Priores pro tempore existentes per quindecim dies an finē eor officij te
neantur 7 debeant extrahere de sacculo dicti Cois unam pallottam sorte more so
lito capiendam: et illam aperire 7 publicare: 7 illi qui fuerint ita extracti
et publicati, sint et esse debeant Priores cois predicti pro duobus mensibus
tantū futuris: et initiandis die Kl. mensis sequentis post eor extractio
nem. Quor DNOR PRIOR off.m tale sit vz. q ipsi studeant ad bonū
pacificum 7 tranquillum statum cois predicti 7 ad iura ad iurisditiones
honores, priuilegia 7 promouere conseruare, 7 augere pro posse 7 q ius et
iustitia cuilibet obseruetur: et ut mallefitia puniantur: ā dnō potestati et
eius officialibus in predictis, 7 pro predictis auxiliū consilium 7 fauorem
q̄ncumq, opus fuerit efficaciter exhibere: teneantur pecuniam, res 7 bo
na communitatis predicte diligenter facere custodiri et ipam nō expendere n
expendi facere sine autoritate maioris consilij: possint tn̄ sine autoritate
predicta summam et quantitatem duor florenor pro negocijs et factis di. co
munitatis utiliter expendere: nō possint insuper dicti Priores proponere, nec re
formare, proponi, nec reformari facere tempore eor officij aliq eor uel ali
cuius eor proprium factū, ut negociū, uel aliquod quod esset uel redundaret in
dānū aut preiuditiū uel diminutionem iuris uel iurisditionis dicte terre
... tn̄, et teneantur dicti dnī priores reconciliare 7 ad pacē 7 concordia
...re Dnm potatem iudicem et alios off.les si qua (quod absit) occur
... discordia inter eos: iurent aut et promittant dicti Dni priores

 6r 7r 6

In Introytu eorum off.ii predicta facere et off.a ipsorum bene, fideliter et legaliter exercere secundum formam Statutorum et ordinamentorum dicte Terre.

C. QVOD PRIORES TENEANT CLAVES ARMARIJ.

ITEM Statuimus et ordinamus quod Priores artium Terre predicte teneant claves Armarij videlicet quilibet suam: et eorum Canc.s seu Not.s teneatur et debeat remittere omnes libros communis in dicto armario, et quod dictum Armarium aperiri non possit sine presentia priorum vel duorum ex eis et eorum not.ij seu cancellarij: quod Armarium habere debeat tres seras, quarum quelibet habeat unam Clavem et quilibet Priorum retineat suam.

C. DE MODERANDIS EXERCITIJS ARTIFICUM.

ITEM ad Servandam honestatem pretiorum in rebus artificum equalitatem et comprimendam inhonestam, atque immoderatam Artificum avaritiam statuimus et ordinamus quod Dni Priores qui pro Tempore erunt de mense maij cuiuslibet anni debeant eligere sex probos et expertos homines videlicet duos ex quolibet Terzerio, Qui electi habeant facultatem, arbitrium, et auctoritatem a dicto communi revidendi omnes et singulas artes, et singulorum artificum exercitia, et dictarum Artium statuta et ordinamenta, et ea facere a dictis Artificibus observari: et si ipsis visum erit opportunum nova etiam ordinamenta condendi, eaque a Prioribus et consilio confirmanda proponendi moderando rerum pretia vel alia faciendo et ordinando prout ipsis visum fuerit opportunum et utile: Et si Priores qui pro Tempore erunt dictam Electionem non fecerint incidant in penam quinque lib. dicto communi pro medietate applicandam et pro alia medietate exequutionem facienti. Et si dicti sex homines infra duos menses inchoandos a die scientie eorum electionis predicta eis commissa non fecerint, Incidant in eamdem penam ut supra applicandam.

C. QVOD PRIORES SINT IVDICES APPELLATIONVM in rebus Subscriptis

PRIORES sint Iudices appellationum In causis Civilibus usque ad [illegible] decem florenorum, et non ultra, In causis autem damnorum datorum sint dni [illegible] res Iudices Appellationum in quacumque summa, et extraordinariorum: In caus[illegible]

aut criminalibus nullatenus se intromittant, Et quod dns potestas, Judex et alii officiales teneantur et debeant cuicumque appellationi interpositae et interponendae ad dictos dnos priores deferre ad penam vigintiquinque lib. den. pro quolibet et qualibet vice statim de facto applicandam dicto Comuni, et mittendam ad computum salarii dicti dni potestatis: Et si dicti dni priores, sindicus, et Cancell.s dicti comunis fuerint negligentes in describendo et mittendo dictam penam ad computum dicti salarii teneantur solvere de eorum proprio: et dicti dni priores teneantur et debeant omnes causas appellationum ad eos interpositas diffinire ac determinare per viam concordiae, vel eorum sententiam infra tempus et terminum unius mensis à die interpositae appellationis computandam, quo mense elapso censeatur elapsa instantia, preterquam in causis damnorum datorum, et in causis gravaminum illatorum per socium militem, in quibus instantia duret decem diebus ut supra computandis, Ita tamen quod dicti dni priores teneantur et debeant omnia acta facere, testes examinare, et sententias proferre cum presentia et consilio advocati dicti cois vel alterius iuris docti. Qui dni priores si requisiti noluerint dictam sententiam appellationis proferre, et eorum culpa instantia labatur teneantur ad interesse parti lesae.

C. De Armis portandis per Priores et eorum familiam.

Pro conservatione status et privilegii dicti cois, et ut magis curiae dni potestatis, et eius officialibus faveatur, Statuimus atque ordinamus quod dicti dni priores, Camerarius, Sindicus, et Cancell.s et famuli servientes ad palatium dictorum dnorum priorum possint per dictam terram Castri plebis portare Arma offendibilia et defendibilia sine aliqua pena, non obstante aliquo Capitulo precedenti vel sequenti quod in contrarium loqueretur.

C. Quod Priores possint eligere suprastitem pro mortuo

Item quod siquis officialis qui positus esset ad actandum et actari faciendum aliquam viam, pontem, fontem, sive fossatum esset mortuus sive absens à castro plebis, ita quod non posset dictum officium exercere statuimus et ordinamus quod priores dicti cois teneantur alium vel alios substituere loco defuncti ad dictum officium exercendum.

De his qui gravari non possint

Item Statuimus et ordinamus quod Dnus Potestas uel Aliquis eius off.les non possint nec debeant retinere uel alr de facto realr seu personalr cogere ut gravare aliquem Priorem, Sinticum, Camerarium uel Cancellarium durante eorum et cuiuslibet eorum off.o occasione salarij sibi debiti ad penam centum lib. quoad priores, et quinquag.ta quoad sinticum, Camerar. et Cancell. dicto Communi applicandam, et de salario dicti Ptatis retinendam, si contrafactum fuerit. Possint tn dicti Dnus Potas, et eius off.les cogere et gravare habita prius bulletta de dicto salario sine pena illu uel illos ad quem, uel adques dirigitur dicta bulletta nonobstantibus dictis officijs exceptis tn dnis Prioribus Qui durante tempore eorum officij non possint nec debeant aliquem Convenire nec ab aliquo conveniri ex quacumque ca. Et si aliquis contra formam presentis Statuti conveniret aliquem ex dctis Priorib. incidat in penam vigintiquinq. librarum ut supra applicandarum. et in eamdem penam incidant dicti dni priores et quilibet eorum qui alios conveniret. II

De condemnationibus per Priores dno Ptati consignandis

Item, ordinamus quod Priores qui pro Tempore erunt Teneantur, et debeant sub pena quinquag.ta lib. consignare dno ptati oes et singulas condemnationes malleficiorum infra Terminum quinq. dierum à die introytus officij ipius potestatis computandorum. III

De Electione Sintici generalis, et eius officio

Item ordinamus, quod in dicta Terra C. Plebis sit et esse debeat quidam Sinticus Cois glis Idoneus ad agen. defenden., et oia alia facien., ad quae vigore officij sibi iniuncti Tenetur et debet qui eligatur et eligi debeat per Maius consilium hoc mo. Vz. quod Dni Priores pro Tempore existen., sub pena vig.ti quinq. librarum den. dicto Coi applicandarum Teneantur, ac debeant saltem per quindecim dies ante finitum officium sintici predicti congr[...] et congregari facere dictum maius Consilium, in eoq. proponere quod [...] uet Tempus creandi novum Sinticum: et qui per dictum consilium fa[...] electus, sit, et esse debeat Sinticus glis, et dca Electio fiat [...]

mensibus in sex menses: et priusquam ad dictam electionem deveniatur depater et deputari debeat salarium determinato dicto Sintico per dictum maius consilium. Qui Sinticus sic electus pro dicto comuni agere, et ipsum defendere in quacumque causa, et reinvenire bona dicti Cois, eaque petere et exigere, et quicquid ad manus eius pervenerit occasione sui offitii, cum id et totum infra octo dies Camerario dicti comunis restituat, Teneatur insuper facere inquisitionem de omnibus bonis, sbannitorum et ipsa bona debeat pro comuni recuperare ab omnibus possidentibus post exbannimenta eorum: et si aliqua venditio seu alienatio facta esset per aliquem exbannitorum post Mallefitium ab eo comissum de bonis suis, in totum vel in partem ipsa venditio facta in preiudicium Cois non valeat nec Teneat: Et Priores Teneantur hoc Capitulum facere observari, et etiam quolibet mense Sinticum examinare, requirere et compellere quod predicta faciat: Et si comune habuerit aliquid de bonis exbannitorum id debeat in condemnationem computari illius exbanniti cuius fuerint ipsa bona Que bona ut supra reperta vendantur: et si emptores non reperiuntur, non possit aliquis ipsa bona habitare, nec laborare, nec ex eis fructus percipere: et si quis contra fecerit solvat Coi nomine pene decem lib. den.

DE SINDICIS VILLAR.

ITEM quod homines cuiuslibet Ville districtus dicte Terre Sindicum non habentes Teneantur et debeant ex precepto dni Potestatis vel Dnorum priorum eligere et creare unum Sinticum, qui Teneatur et debeat dictis dno potestati, eius curie, Dnis Prioribus et aliis particularibus personis pro universitate sue ville respondere agendo et defendendo: et si aliqua erit parva, uniatur cum alia Villa et uno Sintico, sicut videbitur dictis dnis prioribus: Alii vero habitantes extra dictam Terram in districtu tam ipsius alibi, quam in dictis villis tam habitantes ultra clanes quam alibi Teneantur et debeant dicto modo sibi eligere unum Sinticum per contratam aut cum alia Villa cui erunt propinquiores se unire, sub uno Sintico sicut placuerit et videbitur dictis dnis prioribus: et Ptas et eius officiales cogere Teneantur dictas universitates villarum et contratarum quod observent omnia ordinata per maius consilium: et offitium dictorum sindicorum duret per sex menses, et non ultra. Item

Ordinamus quod si accideret quod alicui Castellano dicti castri per aliquem exbannitum uel aliam personam uetaretur quod posessiones ipsius castellani non laborarent nec laborari possint occasione dicte uetationis quod Universitas ville illius contrate et sindicus ipsius teneantur et debeant laborari et cultiuari aut laborari et cultiuari facere posessiones predictas ad petitionem dicti castellani: ad usum boni laboratoris et reddere fructus, sicut redduntur de terris illius contrate, Et Potestas teneatur facere obseruari predicta ad penam centum lib. den. de suo salario retinendam. Item si accideret in aliqua contrata dicti cast. plebis quod insurgeret aliquis Rumor (quod Deus auertat) occasione alicuius maleficij uel occasione capiendi aliquem exbannitum quod homines de dicta contrata debeant currere ad rumorem, et malefactores et exbanditos capere, et curie fauere, et auxilium prestare ut fameatur: Et qui predicta non fecerint, soluere debeant et teneantur communi nomine pene uiginti quinque lib. den. et si Malefactor se defenderit, possit impune offendi, Item quod Potestas, et eius familia non possit, nec debeat grauare nec grauari facere directe uel indirecte aliquem sindicum uel aliam personam alicuius ville ad facien. sibi dari uel solui uel alteri pro se aliquid in pecunia uel in rebus pro cibo uel potu, et specialiter quando uadit per districtum castri plebis et quod non eis uel alicui de dicto castro imponere ut opportet sibi ligna, palea, fenum, et alia quecumque, ad penam uiginti quinque lib. den. pro qualibet cui imponeretur, et qualibet uice, quam Camer. Cois retineat de salario potestatis et Sindicus generalis teneatur et debeat tempore sindicatus Potestatis denuntiare contrafacientes in dicto Capitulo dare petitionem Potestati et eius officialibus ad penam predictam.

De electione Camerarij et eius officio

Cum inter alia officia communis Terre castri Plebis officium camerarie non dum utile censeatur, Imo uerius necessarium, Cum conseruatio dicti communis statum afferat pacificum et tranquillum presenti Capitulo perpetuo ualituro duximus statuendum quod illi homines electi per maius consilium ad reficiendum nouum sacculum teneantur et debeant in refectione dicti sacculi facere electionem dictorum camerariorum per totum tempus pro quo dictum sacculum reficitur et reformatur hoc modo videlicet quod in qualibet pallocta cuiuslibet Prioratus eligant et describant et faciant unum Camerarium qui sit et esse debeat Camerarius per totum tempus officij dicti Prioratus extracti, et ad ultra et quod ad dictum officium Camerarie eligant et eligi debeant Capita officiorum dictorum priorum. Ita tamen quod non ...

Tempore non possit aliquis esse Camer. et Caput dictorum priorum: Et quod tempore extractionis cuiuslibet Prioratus publicetur, et publicari debeat, et extrahatur Camerarius prioratus predicti: Qui Cam. sic electus teneatur et debeat sibi eligere unum notarium de Notarijs et Tabellionibus dicte Terre: Et quod ad manus dictorum Camerariorum perueniant et peruenire debeant omnes, et singuli introytus, redditus et prouentus dicti Communis, et de ipsis possit facere finem, et refutationem, et quod non possit, nec debeat aliquam solutionem recipere nec de ere dicti Cōis expendere sine presentia sui Notarij: Qui teneatur et debeat facere duos libros de off.o dicti Camerariatus, et in quolibet eorum scribere introitus et expensas: quorum unum retineat penes se, et aliud dimittat penes dictum eius camerarium, et statim facta, uel recepta solutione teneatur illa scribere et mittere ad Introytum uel exitum prout contigerit. Et quod dictus Camerar. Infra tres dies post finitum eius off.m teneatur et debeat dare, consignare et effectualiter restituere suo successori omnem quantitatem pecunie grani, bladi, et alterius cuiuscumque rei, que quomodolibet superfuisset ei de his que ad manus eius peruenerint de bonis et rebus dicti Cōis sub pena dupli quantitatis que quomodolibet superfuisset, et ultra quinquaginta lib. den. dco cōi applicandorum: Et dcos libros reddere et relaxare in armario dicti Communis Item teneatur infra dictum tempus de omnibus gestis per eum bonum computum et rationem reddere dicto suo successori in presentia dnorum priorum pro tempore existen. et Sindici generalis. Et quod dictus Camer. Communis teneatur non cambiare pecuniam, uel eam in suam, uel alterius utilitatem conuertere sed pro communi retinere, prout ad manus eius peruenerit siue in auro, siue argento: Et quod dictus Camer. non possit aliquem in locum suum substituere, sine auctoritate consilij generalis: et habeat, et habere debeat pro sal. suo et Notarij predicti florenos duos videlicet unum pro quolibet: Et si dictus camer. aliquod pignus reciperet insufficiens pro aliqua quantitate que Communi deberetur, illam teneatur adimplere de suo. Item Camer. non possit nec debeat expendere de bonis et ere dicti communis pro aliquo opere seu reconcimine palatij Potestatis uel dnorum priorum, nec pro lecterijs, bostijs, scrinnijs et alijs Massaritijs sine licentia maioris consilij: Et quod dictus Camerar. teneatur qualibet ebdomeda semel extrahere omnes pecunias quas inuenerit, In cippo Cōis in presentia dni Potestatis, uel Judicis, et notarij predicti et illam mittere ad Introytum. Item quod dictus Camer. nullam expensam facere possit, nisi habeat Apodissam manu Cancellarij cum sigillo dnorum prior. Expense que fieri debeat secundum formam statuti et refor

mationi consilij fiant secundum dictum modum. Et si aliter dictus Com.s expensas fecerit, de suo fecisse intelligatur, nec possit ipse uel eius Not.s aliquid recipere pro presentione alicuius apodisse nec pro aliqua solutione facienda ad exitum uel introytum. Possit tamen dictus Camer.s pro euidenti utilitate dicti Cois expendere de mandato dnorum Priorum uiginti sol. den. et non plus sine apodissa. Et si dni Priores darent uel concederent aliquam apodissam Camerario Cois de aliqua expensa facienda contra formam statuti et reformationum consilij, Teneantur ipsi Priores ad penam quinquaginta lib. den. Et si dictus Camer. in aliquo predictorum contrafaceret incidat in eandem penam dicto comuni applicandam: pro quibus omnibus attendendis et firmiter obseruandis Teneantur dni priores pro tempore existen. recipere idoneum fideiussorem a quolibet dictorum camerariorum quod omnia ad quae dicti Camerarij tenentur et obligati sunt, de iure et secundum formam presentis Statuti adimplebunt et facient, alias de eorum proprio Teneantur.

C. QVOD Sindicus, et Camerarius, Tenetur contradicere Potestati, et eius Curie.

STATVIMVS et ordinamus quod si Ptas, Iudex et Alij off.les aliquid peterent exigerent, uel sibi solui facerent, a consilio, Dnis Prioribus, et alijs particularibus personis contra uel ultra formam statutorum et reformationum dicte Terre, quod Sindicus generalis et camer.s Teneantur et debeant statim quod habuerint notitiam de predictis, contradicere dno Ptati, Iudici, et alijs officialibus et si contrafecerint soluant nomine pene Cois uiginti quinque lib. den. Et si consilium uel maior pars daret uel concederet aliquid alicui contra dictam formam dicti Sindicus et Com.s Teneantur eiusdem contradictionem facere sub pena predicta: quam contradictionem Teneantur etiam facere Dni Priores pro tempore existen. et ultra prohibere Com.o Cois ne contra formam predictam aliquid soluat sub dicta pena pro quolibet Dnorum priorum. Et si comer.s aliquid solueret contra formam predictam, de suo soluisse intelligatur: nec possit mitti ad exitum dicti Comunis.

C. DE Sindico Comunis contra appellantem, In Curia Superiori.

ITEM quicumque Appellauerit ad Curiam superiorem uel aliam Curiam

de aliquo mallefitio uel excessu habito et facto contra eum per curiam castri plebis uel ab aliqua condemnatione uel exbannimento latis et factis contra eum per curiam dicti castri, contra talem appellet per dictum commune constituatur sindicus eius principalis adversarius, uel inimicus, qui expensis cois dicti castri defendat in curia superioris et quacumque alia curia: et si suus adversarius non fuerit sufficiens, uel non presens fuerit eligatur eligatur et fiat sindicus communis proximior consanguineus et idoneus offensi ad predicta, uel alius quem ipse offensus eligere uoluerit. et habeat quolibet die ipse sindicus quo steterit ad predicta: decem solidos den. a coi dicti castri.

De electione cancellarij et eius offitij. 8.

Item statuimus quod dni priores pro tempore existen. una cum maiori consilio teneantur ac debeant eligere quolibet anno unum cancellarium communitatis per duos menses ante finitum tempus eius, qui in officio tunc temporis reperiretur. Et talis electio fiat pro tempore unius anni finito tempore uel finito officio eius qui in officio reperiretur tempore electionis inchoande cum salario quadraginta centum florenorum. Qui cancellarius sic electus teneatur scribere omnia instrumenta cois, terre castri plebis: et omnes sindicatus precinationes et reformationes consiliorum, in quibus aliquid proponeretur et reformaretur sine aliquo pretio seu salario: teneatur etiam scribere electiones quorumcumque officialium. Et de predictis reformationibus omnibus fiat unus liber per dictum cancellarium cui plena fides adhibeatur. Teneatur etiam dictus cancellarius infra quindecim dies a die finiti sui officij omnes scripturas, instrumenta et contractus dicti cois, nec non dictum librum reformationum in cancellaria cois dimittere et relaxare: in publicam et autenticam formam sub pena quinquaginta librarum: ad hoc ut de ipsis scripturis possit haberi copia tam pro communi quam etiam pro specialibus personis.

De electione notariorum tribunalis causarum civilium. 9.

Item ordinamus quod omnes et singuli notarij dicte terre castri plebis describantur atque insacculentur per duos priores pro tempore existentes sub hac forma videlicet in quolibet

notula siue Apodissa cera includenda describant duorum notariorum nomina, et si accideret Imparem esse dictorum Notariorum numerum in una notula Tres includantur, publicatio aut fiat unius notule pro quolibet semestri ad dictum offm bancorum causarum ciuilium exercendum, et si contigerit extrahi et publicari ad dictum offm aliquis Nots qui esset absens, ita quod Tempore debito ipm officium exercere no posset, et Alter qui esset pns esset habilis ad dictum offm exercendum Tunc dictus absens per legiptimu suum mandatu nominare atque proponere aliu Notm dicte Terre sbstituendu ad dictu offm exercen. et approbandum per maius csiliu ad fabas albas et nigras, et eodem modo prouideatur Si Aliquis Publicatus ratione ægritudinis esset ad exercendum dictu offm inhabilis: Si In dictus Absens durante Tempore sui offij rediret permansurus usque ad finem sui officij indicta Terra ad dictu offm exercendum admitti debeat, siue locus esset vacans, siue facta esset subrogatio ut prefertur, quia Tunc subrogatus cessare debeat, et simili modo prouideatur casu quo Aliquis Nots publicatus esset ad offm Prioratus quod durante dicto officio cesset ab exercitio notoriatus dicte bance: et finito offo Prioratus ad offm predictum Notoriatus couerti possit: quod si contigerit utrumque Notm in notula publicata descriptum ratione ægritudinis, absentie seu alia causa inhabilem ad dictu offm exercendum, Tunc dicta notula in sacculu remitti debeat: et alia Publicari .

De Notario Mallefitiorum et eius offitio

Item Dicimus, et ordinamus quod Nots maleficiorum Teneatur et debeat facere unu librum, qui dicatur liber mallefitiorum in quo describantur omnes accusationes denunciationes, inquisitiones, comparitiones, reorum attestationes Testiu, et omnia alia acta facien in quibuslibet causis criminalibus et processibus earundem: et quod Teneatur ac debeat scribere omnes sententias Criminales tam absolutorias, quam condemnatorias in duobus quaternis itaque quod in quolibet quaterno sint scripte dicte Sententie ferendi per dominu Potestatem, uel eius Judicem: et unu ex quaternis retineat penes se usque ad fine officij, et aliu dimittat penes Cancellarium, in cancellria dicti comunis statim quod dicte sententie fuerint pronunciate: Et Cancr cois Teneatur ea die qua pronuncientur dicte sententie condemnatorie seu absolutorie illas auscultare: et quod dictus Nots infra Tres dies a die incohate accusationis, denumptie seu inquisitionis mittere copiam earunde ad cancellm dicti comunis, de quibus copijs, per Cancellm dictum fiat filza: et si potestas, Judex, uel Nots maleficiorum in predictis, uel aliquo predictorum contra fecerint quod condemnentur in libras uigintiquinque den. quam penam Camr.

cois retineat d' sal.o ptatis: Et Priores teneantur vinculo iuramenti ad penā decem libraꝝ dictum quaternu ut supra dimissum ꝛ relaxatū in canc.ria cois, ꝛ dictum filū in fine regiminis ptatis exhiberē sinticatoribus, qui ipsum electi fuerint ad sinticandum cum quibꝫ dictus potestas debeat sinticarj.

DE Ambasciatoribus eligendis, et Eorum Salario.

Quoniam qꝫ frequenter accidit pro negocijs dictē coitatis necessariū atq; opportunū fore eligerē atq; mitterē unum uel plures ambasciatores secundum reꝝ exigentias, uolentes desuper providerē, statuimus et ordinamus, q Mag.ci Dni Priores unà cum consilio maiori habeant, atq; haberē debeant curam, potestatem, atq; facultatē eligendi atq; creandi Ambasciatores noīe comunitatis destinandos, nec nō capitꝫ ipi ambasciatori seu ambasciatoribus tradenda formandi: et quicunq; electꝫ fuerit teneatur, et obligatus sit acceptarē, ꝛ recusarē nō possit, nisi iustam causā allegbet atq; habeat recusandi: et ea dicatur ꝛ sit iusta causa ꝛ nō alia, quam dicti Priores ꝛ cōsiliū duxerint approbandam et approbauerint: et contrafaciens in penā uigintiquinq; libraꝝ den.i incidat applican. pro tribus partibus dictē coitati et pro quarta partē officiali exequtionē facientꝫ. In quoꝝ etiam dictoꝝ dnoꝝ Prioꝝ ꝛ consilij Arbitrium sit taxarē et declararē dictis ambasciatoribus salarium pro expensis, considerata locoꝝ distantiā, personaꝝ conditionē, et temporꝫ qualitatē, ac etiam an equestris, uel pedestris, cum famulis, uel sine, ire debeant; Et cācell.s pro temporē erit innotarē debeat in libro ad id deputando et in concess.ria dictꝫ comunis retinendo, atq; obseruando Nomen siuē nomina, ambasciatoris, seu Ambasciatoꝝ et salarij pretaxati quantitatē. ac etiam diem discessus ad Ambasciatꝫ faciend et deindē simili modo dictē reuersionis, siue reditꝫ. et Ambasciator ipsē teneat.r ꝛ obligatus sit sb dicta pena ut supra applican. ꝛ pena amissionis sui salarij presentarē se eidem concess.o eodem diē quo reuersus fuerit.

DE REPRESALIJS CONCEDENDIS

Item si quis de dicta terra uel eius comitatu, uel etiā coē dictē terrē haberet aliquem debitorem forensem uel aliquam universitatē seu comunitatē debitricem in aliqua quantitatē pecunie uel alterius rei ex contractu promissionē uel instrumeto statuimus ꝛ ordinamus q nō possint concedi represalie nisi seruata hac forma vꝫ. q creditor uel sinticus coitatis dictē terrē castri plebis, si

ipa Communitas esset Creditrix, uel alius legiptimus procurator deferat primas et secundas littas Ptatis uel Judicis pro Tempore existen directas dno uel coitati illius Terre uel loci ubi debitor forum sortiretur: Inquibus cotineatur q Dcta coitas uel eius dns solui faciat uel Justitiam seruet ipsis ferentibus littas, q si facere neglexerint, Tunc ptas et Judex teneatur dirigere Tertias litteras ad prefatam coitatem uel dominu ipius excusatorias cum comminatione represaliarum, quibus represatis coram dno potestati uel eius Judice cum fide petitionis Represalie concedantur reales z personales Contra homines, personas, res, et bona, coitatis Terre, uel loci ubi talis debitor ut supra forum sortiretur: dummodo Creditor prius ostendat ptati uel Judici de suo credito, deinde per quartas littas dicte Represalie notificentur et q huiusmoi Represalie registrentur in Concessa. cois: et confirmentur per Gubernatorem dicti castri pro Tempore existen. cum cosensu consilij generalis castri predicti z ali z alio mo dicte represalie no ualeant, nec Teneant, Insuper Statuentes q si occasione culpa, uel defectu alicuius de dicta Terra castri plebis uel eius comitatus essent comisse de Jure z Justi contra personas, res, z bona dicte terre aliquae Represalie uel in futurum cocederentur, q per potestate z Judicem Talis Terrigena uel comitatensis cuius defectu uel culpa Tales Represalie essent cocesse cotra coe castri plebis ad petitione cuiusque petentis cogatur de facto ad facien ipas tolli, remoueri, z releuari suis sumptibus z expensis infra Terminu quindecim dierum: q si no fecerit Teneatur Summarie z de facto sine strepitu z figura Judicij satis facere de suo oia damna, expensas z interesse, que z quas substinuerit dictu coe. uel alia particularis persona dicti cois: et si ptas z Judex ad predicta fuerit Negligentes puniantur per suum sindicatorem in uigintiquinque libras denarorum pro qualibet uice. ——

DE Massario Cois, z eius offo

STATVIMVS, et ordinamus q massarius Cois eligatur et eligi debeat per omnius cosiliu Qui sic electus Teneatur z obligatus sit recipere, custodire, atque cosernare sub bono atque diligenti Computo in libro ad id deputato oia z singula pignora ab offitialibus et baiulis z quibuscumque exequtoribus que sibi dabuntur et cosignabuntur dantes eidem facultatem ut recipere possit unum Trinum pro quolibet pignore quando illud restitueretur uel quando uenderetur ex pretio uenditionis: pro salario aut habeat unu florenum pro toto tempore sui officij, Quod sit de sex mensibus in sex Menses ——

De Baiulis et officio baiulorum

Item ordinamus: quod Domini Priores unacum consilio maiori eligant annuatim duos Numptios, seu baiulos, cum salario deputando per dictum Consilium, quorum officium sit citare Tam in causis Civilibus, quam etiam Criminalibus et alijs quibuscumque, et unacum officialibus curie potestatis pignora, atque exequutiones facere. Qui ultra salarium predictum pro eorum laboribus et mercede accipere possint denarios quinque pro qualibet Citatione intra Terram: et extra terram ad rationem unius bolonenis pro quolibet miliario exceptis citationibus in causis Malleficiorum pro parte Curie factis, pro quibus nil consequi possint: et exceptis citationibus occasione dampnorum datorum, pro quibus accipere possint ab officialibus d. d. bolonenes quattuor pro quolibet Centinario cedularum, pro pignoribus vero accipere possint pro quolibet pignore intra Terram et extra Terram per medium miliare factum unum quatrenum et ultra medium miliare, unum solidum. Qui baiuli Teneantur pignora facta dare et consignare Massario comunis, et non alteri sub pena decem solidorum pro quolibet pignore si contrafecerint. Et Massarius dum accipit dicta Pignora Teneatur, et obligatus sit ipsis baiulis solvere mercedem proxime Taxatam. Statuentes insuper quod si dicti baiuli deferrent aliquam Citationem in Scriptis, Illam Teneantur dimittere et relaxare penes Citatum, vel copiam ipsius citationis offerre: qua habita, Citatus Teneatur dictam citationem ad petitionem dicti baiuli restituere ad penam uigintiquinque lib. den. Addentes insuper quod unus ex dictis baiulis non possit nec debeat facere relationem per alium, sed per semet ipsum Citantem, et secus facte Rellationes sint ipso Iure nulle: et quia quandoque baiuli et numptij in dictis eorum ignorantia aut pecunia corrupti falsas facint relationes, quod in maximum tendit rellatorum preiudicium dicimus et statuimus quod si de cetero contingeret aliquem baiulum vel numptium facere falsam citationem uel relationem quod talis baiulus pro prima vice alligetur ad logiam palatij manibus post Terga revinctis. ubi stare debeat ab hora sessionis de mane usque ad Vesperas: et secunda vice fustigetur per plateam: pro Tertia vero vice bulletur in fronte signo Communis cum ferro igneo, Et nihilominus in omni casu Teneatur ad interesse falsò Citato, vel relato, quod solvere teneatur antequam à Carceribus liberetur.

De Tubatoribus et eorum officio et salario

Volumus, quod Tubatorum electio et subrogatio pertineat et spectare debeat ad

dnos Priores unà cũ cons.lio Maioris cum salario per eos constituen: qui Jubatores et quilibet eorum Teneantur et debeant omnia bamnimeta spectantia ad Cõe castri sta bis et ad off.o offi.lium dicti cois facere, ad requisitionem dnorum priorum et officia lium sine aliquo salario vel mercede; ad petitionẽ seu requisitionem vel Insta tiam alterius Teneatur facere bamnimeta recepta competenti mercede et salario declarando per dnos priores pro Tempore existentes: et q in fine cuiuslibet prioratus tam Ipsis Jubatoribus, q etiam baiulis et companarijs fiat bulleetta de eorum salario: ~ Preterea uolumus statuetes q si dicti Jubatores seu baiuli manifestauerint aliquam credentiam eis, uel alicui eorum impositam in consilio ubi morarentur Ipsi, uel alter ipsorum q illi qui manifestauerint sol uent Comuni nõie pene uigintiquinque lib. den. et multis ab officio quod haberent penitus remoueantur ~

DE Companarijs et eorum officio et Salario.

STATVIMVS et ordinamus q Companarij eligantur per dnos Priores cũ cõ silio maioris, quibus etiam per dictum cõsiliũ determinetur salariũ prout dcõ cõsilio placuerit et uidebitur, et eligantur Unus ut plures, prout expedierit. Companarij Teneantur pulsare Campanas de die et de nocte, Cito et tarde sicut ptas et Priores eis dixerint iniungendũ et quascumque campanas pulsare debe ant prout eis iniunctũ fuerit: Et Tales companarij debeant seruire bn et le gali et exercitiũ exercere adquod deputati sunt: et si in aliquo Contrafece rent incidant in penam uigintiquinque lib. den. et ab officio remoueantur.

DE CONSVLIBVS, et Camerarijs Artium eligendis.

Dicimus etiam q quelibet Ars dicti castri possit et licitum ei sit, et debeat eligere duos consules et unũ camerar.m de qualibet arte qui possint cũ Volutate ptatis et priorum Artes eorum cõuocare et ordinameta facere pro sua arte siue Artibus dummodo dicta ordinameta nõ sint contra honorem et statutũ cõis: et dicta electio nõ ualeat nisi fiat de uoluntate potatis et priorum dicti Castri quorum off.o duret sex mensibus: et hoc Teneatur quelibet Ars facere in fra quindecim dies à die requisitionis cuiuscumque qui fuerit de Illas arte: sub pena uigintiquinque librarum den. et q inter dcãs artes uel de numero Ipsarum cotinũ nõ possit esse, nec numerari Aliquis de magnatib dicti cast. uel aliquis quinc

12v

sit uere bonus, ad dictam penam et electio alr facta no valeat /.

Quod nulla collecta uel datium imponatur

Statuimus quod nullum datium seu collecta imponat uel imponi possit contra homines dicti castri et eius districtus occasione custodie, uel alia quacumque causa etiam dissimili, nisi fuerit deliberatum per maius consilium dicti castri /.

C. DE Retinenda Credentia in solem

Item ordinamus quod si in aliquo consilio sive adunantia artis dicti castri per potestatem, Judicem, Priores, uel aliquem eorum Imponeretur uel imposita esset aliqua credentia super quacumque causa: et dictam credentiam aliquis notificaret in uigintiquinque lib. den. com. condemnetur et de predictis possit requiri per potestatem palam et secrete, et illi qui notificarent, pro Artifice et populare Nullatenus habeantur, sed in perpetuum ab exercitio et populari officio Cassentur: nec gaudere possit aliquo privilegio eidem concesso -

C. DE Electione quorundam Officialium

Statuimus quod Domini pro Tempore existentes eligere debeant sex Idoneos et peritos extimatores d. d. vz. duos ex quolibet Terzerio: qui non possint esse minores Triginta annorum cum uno Not°. Item duos Viarios pro quolibet Terzerio cum uno Not°. Item sex Terminatores finium similimodo duos ex quolibet Terzerio cum uno Not°. Item tres revisores Jurium pupillorum seu uno Not°. Item tres ponitores, seu appreciatores: Item Tres Revisores edificiorum minantium ruinam vz. unum ex quolibet Terzerio: quorum officium omnium duret sex mensibus ./.

C. DE Aestimatoribus damnorum datorum

Item quod Aestimatores d. d. ut supra electi Teneantur et debeant totiens quotiens a domino potestate fuerint requisiti Ambo pro eorum Terzerio personaliter accedere ad loca, In quibus essent data damna in districtu dicte Terre Infra Terminum trium dierum a die Requisitionis computandorum, et ibidem in dictis locis oculata fide diligenter perspicere qualitatem et quantitatem damnorum et sic visis, et mature consideratis videndis et considerandis debeant extimare damna data, reducendo ipsa ad certam q

timatione et quantitate quam referre teneantur ipsorum Not.o in libro ad id deputato des-
cribendam. Ita tamen quod extimatores unius Terzerij possint ex causa legiptima ex
stimatores alterius Terzerij subrogare in locum eorum uel alicuius ex eis: cui, ut
supra ex legipt.a causa esset impeditus et pro ipsorum salario consequi possint so
lidos decem pro qualibet extimatione dampni ab eo qui ipsos requisiverit, tem
pore quo relationem facient :- Declarantes tamen quod si plura damna simul
et in eisdem bonis facta extiment et referant non possit petere nec habere ul
tra predictum salarium perinde ac si unica extimatio et unica relatio fieret quo
ad premissum effectum

C. De Viarijs et eorum officio

Item ad decorem et ornamentum dicte Terre, ipsiusque hominum comodum
et utilitatem statuimus et ordinamus quod Viarij ut supra electi teneantur et debe
ant servare vias intus et extra castrum plebis tam comunis quam specialium personarum
Et si invenerint aliquem occupasse viam aliquo tempore teneantur id recuperare
pro comuni ad iuramenta hominum loci, uel eius qui melius sciverit veritatem: et
si aliquae vie apparent devastate adeo quod eorum iter impeditur, Viarij predicti
possint et debeant loca impedientia sgrippare et explanare: et arbores contiguas
incidere, et inci di facere pro dictarum viarum reactatione et instauratione sine aliqua
pena, et quod dicti Viarij possint cogere et compellere et compelli facere adiacentes ad reac-
tandum et instaurandum vias devastatas sumptibus et expensis dictorum adiacentium
quibus assignetur terminus per dictos Viarios competens ut qualitas ipsius operis sua
debit ad reaptandum et instaurandum vias devastatas: et quod dicti Viarij possint
terminare per vias factas et faciendas salvo quod non possint terminare viam alicui et
aliquem locum specialis persone, nisi probaretur ipsam fuisse hactenus terminata
Et si fuerit Via comunis et non fuerit hactenus terminata, Ipsi Viarij ad requisitionem
hominum loci possint terminare ipsam, salvo quod cuilibet liceat ire, et redire per
locum sicut consuetum est salvo quod infra dicetur. Et si quis prohiberet alicui
uti via per quam solitus est ire et redire solvat pro banno decem lib. den. Et si
quis haberet iter, uel actum, uel servitutem et uel viam per rem uel in re alterius
liceat ei cuius est res concedere licentiam eundi iter et actum per eum locum quem
sibi placuerit dare et concedere dummodo comode iri possit et ille uel illi reciper
teneantur et inde ire et redire et non aliunde, Et ille qui contra fecerit solvat co
mune banni centum lib. den. quas potestas de facto accipere teneatur a contrafaciente,
Et quilibet Viarius habeat pro suo salario ab hominibus di loco ubi terminabi

mia, decem solidos den. Et sinticus generalis Communis teneatur una cum Via
rijs invenire des et singlas vias occupatas intus et extra Castrum plebis per In
quisitionem et per Juramentum et omni modo et via, quibus melius potuerit. Et
quicquid invenerit occupatu in scriptis in manu Notarij reducatur: Et Potestati ac
Judici dare debeat noia occupantium et res occupatas: Et ptas et Judex sollicito
vinculo Juramenti procedat contra occupantes, et vias occupatas faciat dimitti
liberas et expeditas a possidentibus ipsas: et de facto possit contra eos procedere sicut
eis utilius visum fuerit pro Coi: Et si ptas, et Judex, ut aliquis eorum fuerit ne
gligens et predictis, et aliquo predcor perdat de suo feudo quilibet eorum quinqu lib.
den. quas Camer. cois retinere debeat pro Coi: et si no retineret dictam quan
titatem den. solvat Camer de suo: et si sindicus in predictis neghigens fuerit,
auferat eidem ptas nomine banni viginquing lib. den. qui perveniant in Coi et
de facto possit procedere contra eum, et quicumq fuerit superstes, vel erit super
actatione alicuius Vie vel pontis vel alter. operis cois teneatur plenarie reddere
rationem de Introitibus, et expen. et de omnibus gestis per eum, vel eos, in dco
operi ad petitionem dicti Sintici, vel alter. de loco ubi fuerit factum. Quam ad
dictionem volumus omnibus Alijs statutis prevalere no obstante aliquo Capitulo
quod in contrarium loqueretur — Item ordinamus quod quicumq ht viam iuxta
rem sua, no retineat per via vicini sui: quod si quod Jus ht eundi per rem
sui vicini, vel ht aliquam viam terminatam, quod illud teneatur vendere illi, cuius
est per qua haberet via et Jus eundi: Et Ille cuius est res, teneatur illud emere:
pro illo pretio quod deliberatum fuerit per tres bonos homines et legales .s. unum pro
tertio, qui eligantur per priores, et si no facerent, solvat quilibet eorum quadra
ginta sol. den. et hec eia et singla ptas et Judex faciant observari: et tene
antur partes cogere, ut faciant sicut superius scriptum est: et hoc si ille aliunde
quod per viam terminatam vel no terminatam commode Ire possit, per rem suam
usq in viam publicam: Item si aliquis possit habere Iter per via publicam
vel per rem sua ad fontem, vel alium locum: no vadat per rem Alterius, nisi
sibi esset reservata via: Item si quis occupaverit viam laborando seu claudendo
Viarij teneantur ipsum facere aperiri et hoc nisi reddiderit viam aliunde per
quam possit commode Ire: et terminationes facte per duos Viarios valeant et
teneant sicut si facte essent per omnes Viarios: Et valeat et teneat eorum
relatio terminationis et diffinitionis facta not. ac si not. esset pns: et contra
Ipsam aliquid obijci no possit Declarantes tn quod per predicta no censeatur nec
sit adempta nec diminuta Jurisdictio ptatis nec suorum officialium super Vijs: et
quod [illegible] concursum se invicem impedire no possint [illegible] fuerit palam finiri possit

DE Provisoribus Iurium Pupillorum et Administratoribus Iuris Pupillorum

Item ordinamus Provisores Iurium pupillorum Teneri atque obligatos esse vinculo Iuramenti in principio eorum officij in manibus Dominorum Priorum prestandi diligenter perquirere omnes et singulos pupillos dicte Terre et ipsius districtus: qui Tutoribus ipsi carerent et fomere tenerent Ita et taliter cum effectu quod eis de idoneis Tutoribus provideatur, qui personas res pupillorum et patrimonia eorum sollicite ac diligenter ac bona fide curent ac gubernent: et Inventarium faciant, Idoneos det fideiussores sub rogatione Notarij dictorum officialium, nec Non Teneantur examinare tutores ac Curatores iuxta formam statuti sub rubrica de examinatione Tutorum, et omnia de Iure alia faciant, ad que Tutores de Iure Teneantur. Qui officiales pro ipsorum officio et labore habere atque consequi debeant à Comunitate per manus Camerarij florenum unum pro quolibet.

DE TERMINATORIB. ET EORUM OFFICIO

Item ordinamus quod Terminatores comunis Teneantur ac debeant totien quoties requisiti fuerint accedere ad loca in quibus inter vicinos et contiguos aliqua discordia esset occasione finium agrorum, seu possessionum, et ibi perquirere Terminos veteres et repertos detegere et Confirmare: et ubi non essent Terminij veteres, novos ponere et immittere Si fuerit opportunum ad declarationem finium, et ad Tollendas discordias: et pro ipsorum salario recipere possint, pro qualibet Terminatione seu pro qualibet vice qua Terminabunt sol. decem den. pro quolibet, etiam quod terminos multos immiserint: et Terminationes per eos facte Valeat, ac Teneant auctoritate presentis statuti: Ita tamen ut si aliqua partium gravaretur possit adire potestatem vel Judicem et de suo Iure docere, qui Potestas et Judex teneantur et debeant dictam causam prout Juris fuerit diffinire, Et quod Dicti Terminatores Teneantur referre Notario eorum Terminationem: et Tunc Tempore habere mercedem: Et quod Dominus Potestas et Judex ad petitionem partium, sive partis Teneantur et debeant cogere dictos Terminatores ut supra Ad Terminandum.

De Positoribus sive Apreciatoribus etc.

Item ordinamus Apreciatores qui pro Tempore erunt Teneri, et obligatos e

14v

passim et quoties occurreret, et opus erit imponere pretia iusta rebus ad esum uenalibus istis vz. Carnibus porcinis, et alijs Carnibus siluestribus, quae ab alijs quam a Macellorib. communis uenderentur et piscibus qui no essent ex pelanibus dicte comitatis: qui officiales pro eorum salario habeant uiginti solidos pro quolibet. Declarantes preterea, atque statuentes quod si quis predictorum uenderet antequam res uenales de quibus supra essent appretiate per dictos apreciatores incidant in penam uiginti sol. pro qualibet uice qua fuerit contrauentum.

De Reuisoribus Aedificiorum minantium ruinam et eorum officio.

Decernimus reuisores aedificiorum minantium ruinam teneri et obligatos esse semel saltem in principio vz. in primo mense eorum officij, reuidere diligenter edificia dicte Terre et illa que iudicabunt et cognoscent indigere reparatione, ordinare quod reparentur et reficiantur precipiendo dominis aedificiorum minantium ruinam quod reaptent, et reficiant: et si opus fuerit id proponere, ut proponi facere in Consilio maiori ut de super opportune prouideatur.

De Confinibus reuidendis

Ad conseruandam memoriam finium territorij dicte Terre nec non ad communem utilitatem comitatis et hominum eiusdem statuimus quod Priores pro tempore existentes in quolibet anno de mense maij, teneantur et debeant eligere sex bonos homines vz. duos pro Terzerio qui teneantur et debeant ire, et stare ad reuidendum et recognoscendum circum circa omnes et singulos confines dicti Territorij ad penam decem lib. den. pro quolibet priore si dictam electionem non fecerint, applicandam pro medietate comitati et pro alia medietate officiali executionem facienti.

De Contradictione Capitulorum

Statuimus etiam quod si in presenti Volumine Statutorum inueniretur aliquod capitulum contrarium alterij quod non possit procedi super aliquo ipsorum nisi cum auctoritate maioris consilij.

De Meretricibus publicis

Pro conseruatione honestatis ordinamus etiam quod Nulla Publica Meretrix Que semel aut pluries steterit in Lupanarij possit in plateis et stratis publicis

habitare, nec palam questum facere in dictis locis: et quod dicte publice Meretrices nec non et alie mulieres forme male et inhoneste viventes possint et debeant per potestatem et eius curiam expelli de comuncinio ad petitionem cuiuslibet vicini: et si in predictis Potestas uel eius Curia fuerit negligens, incidat in penam viginti quinque librarum de suo salario retinendarum et comuni applicandarum, Possint tamen dicte Meretrices palam questum facere post palatium in loco qui dicitur il CHIASSO del Macello –

QUOD cōsiliū Maius dicte terre non possit congregari sine licentia Potestatis

INSUPER STATUIMUS quod cōsiliū Maius dicte Terre non possit nec debeat congregari sine expressa licentia superioris uel Potestatis, uel eius Iudicis ipso absente, ad penam quinquaginta lib. den. pro quolibet ex prioribus convocantibus consilium, Possit tamen dictum maius consiliū cōgregari cum licentia eiusdem superioris, uel Potestatis, uel Iudicis ut supra. Que licentia peti debeat antequam dictum maius Consilium banniatur, et si fuerit denegata tunc Domini Priores possint dictum consiliū congregare et congregari facere sine dicta licentia Ad effectum dumtaxat mittendi oratorem uel aliter deducendi ad notitiam Superioris de denegatione licentie –

Quod Introytus, et omnia membra dicte Terre vendantur ad periculo, rischio et fortuna emptorum

Obviandum dampnis et preiudicijs comunis dicte Terre que ex defalcatione et remissione preciorum introytuum et membrorum dicti comunis venditorum retro lapsis temporibus multifariam emerserunt: ne talis perversa et damnosa cōsuetudo invalescat in posterum, hoc salutari Capitulo duximus statuendum quod deinceps omnes et singuli introitus comunis dicte Terre videlicet Salarie, gabelle, Clemarum, Macellorum, dannorum datarum et aliorum membrorum vendantur et cōcedantur quibuscumque emptoribus ad omnem ipsorum emptorum rischiū, periculū, et fortunam tam occasione guerrarum etiam contra dictum comune motarum, et etiam occasione cuiuscumque Transitus uel residentie qui uel que fieret per dictam Terram uel eius Territorium uel aliunde per aliquas gentes armigeras. quam etiam occasione seu causa pestis, sterilitatis, seu grandinis, et alterius cuiuscumque casus soliti uel insoliti, moderati seu inmoderati, tam divini Iudicij quam humani et alterius cuiuslibet casus: qui quomodocumque, aut qualicumque excogitari posset seu non posset.

Ita q oēs casus propp quos uel aliquem eorum seu dependentium connexorum uel etiam prorsus extraneorum ab eis Emptores ipsi quomodocumq, aut qualitcumq, impediri possent uel quomodolibet dampnificarj in perceptione fructuum seu prouentuum pro expressis specificatis et declaratis in pnti Statuto penitus heant et haberi debeant. Ita q oē comodum et incomodum periculum et dampnum ad ipos emptores debeat plenarie pertinere: Et q nullum grauamen dampnum et preiudiciu propterea uel obid quomodocumq, aut qualitcumq, peruenire ualeat: ad coē uel contra Ipsum, seu Iura ipsius quomodolibet resultare, quominus dictum coē ad exigendum et recipiendu integrum pretium pro quo Venditio seu stabilimentum factum fuerit de predictis uel aliquo eorum, Ius heat contra Tales emptores integru et illesum: et q pns capitulum in oi Venditione dic torum introituum seu membrorum in omnib et per oia exprimi debeat, et pro nunc pro apposito et expresso haberi debeat.

QUOD offles eligendi uel extrahendi non possint renumptiare offo et cessare ab administratione

QUONIAM frustra esset offles bones eligeri uel extraheri si cessaret ab administratione officij: Et hoc ut negocia publica per deputatos seu deputandos circa dictum off. tam utilr qz fideliter peragantur Statuimus q nullus qui ad aliquod officium dicti cois quomodolibet eligeretur uel extraheretur, aut quomodolibet subrogaretur possit audeat uel presumat renunciare dco offo uel quolibet cessare ab administratione uel cura dicti officij sub pena et ad penam quinquagta lib den pro quolibet renunciante seu cessante ab administratione. Qua quidem pena ipso facto possit et debeat Potestate uel eius offles auferrj aquolibet recusante aut cessante ut supra et applicari dco coi: exceptis tn his qui herent legiptima et Iustam causam se excusandi a dictis officijs uel cessando ab administratione iporum

QUALITER Membra et Introytus Cois Vendantur et infra quantum Tempus.

SATUIMUS q dni Priores pro Tempore existen ad penam uiginti quinq, librarum dn. pro quolibet eorum contra facienti Teneantur et debeant sex mensib quoad membrum salaris, et quo ad alia membra saltem unico mense ora qz dcta membra seu introytus recadant seu reuertantur ad comune dce Terre et. sleb.

Congregare

congregare et congregari facere Maius Consilium et in eo proponere quod immi net Tempus uendendi introytus seu membra dicti Cois seu aliquem aut aliquod ex eis, per quod consilium determinetur et decernatur, cum quibus pactibus aut co ditionibus: et cum qua cedula procedatur ad dictam uenditionem: Qua delibe ratione et determinatione facta Dni priores pro tempore existentes teneantur et debeant omnia ad bamnimenta dicte uenditionis membrorum seu alicuius ex eis procedant registrare et registrari facere cedulam predictam in Concell.a cois: et Concell.s teneatur dictam cedulam scribere et registrare dictas sub pena a quoli bet eorum contrafaciente auferenda: Ita tamen quod in qualibet cedula et uenditione cuiuslibet Introytus aut membri hoc pactum apponatur: et ex nunc pro apposi to, expresso et declarato habeatur quod si quis emptor alicuius membri seu Introitus infra terminum appositum et declaratum in contractu seu cedula uenditionis non soluerit pretium debitum, et conuentum quod Coe dicte terre sit licitum et permis sum tale precium seu precij quantitatem quod seu que conuento tempore solu tum seu soluta non esset, acquirere seu acquiri facere sub quacumque promissione uel cambio pro ut comodius fieri poterit sumptibus et expensis emptorum non sol uentium. Decernentes nihilominus quod contra non soluentes temporibus debitis fiat et fieri possit realis et personalis executio, de facto tam pro sorte principa li quam etiam pro promissione, Cambio, seu fenore predictis, de quibus omnibus et alijs secundum formam cedule et contractus uenditionis obseruandis cuilibet emptor teneatur prestare idoneos fideiussores unum uel plures pro ut dictis Dnis Prioribus uidebitur et placebit

16

De Foro Annuali et nundinis.

Volentes utilitati publice diligenter intendere et abundantiam rerum et victualium posse terrenus augumentare, Statuimus presenti capitulo in perpetuum ualituro quod singulis annis in festo beate marie de mense septembris et in festo sce chaterine de mense nouembris videlicet tribus diebus ante dicta festa et septem diebus post fiant et fieri debeant nundine: Ita quod dicte nundine durent cum dictis die bus festis undecim diebus in quibus intelligantur, et sint ferie, auctoritate presentis statuti. Ita quod liceat unicuique persone ad dictas nundinas accedere uolenti uenire libere ad easdem sine alicuius gabelle solutione: Ita quod tam emptores quam uen ditores quam etiam unaqueque persona ad dictas nundinas uenientes ab omni so lutione gabelle que competeret emptoribus gabelle dicti Cois sint, et esse in telligantur liberi et totaliter absoluti: et hoc habeat locum in forensibus non ha

bitantibus in dicta terra, Ita q omnes et singuli qui uenerint ad nundinas pre
dictas nō possint capi sequestrari, uel quomodolibet aristari in persona uel
rebus durante tempore supradicto ratione aliquarum repressaliarum concessarum
uel cōcedendarum nec ratione alicuius debiti contracti uel contrahendi. Item
q quecumque persona committent in dictis nundinis aliq maleficium excessum aut
delictum contra ordinamenta et statuta dicti cois tempore dictarum nundinarum
puniatur pena dupli eius quantitatis que imponeretur ratione alicuius statuti
Et q dni priores pro tempore existen. quindecim dieb ante initium dictarum
nundinarum teneantur et debeant bannirj facere dictas nundinas, et omnia
et singula capitula dictarum nundinarum

18 v

IN DEI NOMINE AMEN

INCIPIT LIBER SECUNDUS STATUTORUM CASTRI PLEBIS.

SUPER ORDINE IUDICIORUM ET CIVILIUM CAUSARUM ET PRIMO,

C. DE MODO ET ORDINE CITATIONIS FIENDE.

QUIA OMNIUM Actionum instituendarum Principium ab ea parte edicti proficiscitur, quam Pretor edicit de In Ius uocando: Iccirco ordinamus hoc presenti capitulo perpetuo ualituro, quod si quis uoluerit ordinarie agere contra aliquam personam de aliqua re, uel quantitate pecunie cuiuscumque speciei uel Generis, aut etiam ex alia quacumque causa coram domino locumtenente Potestate uel eius Iudice dicte Terre castri Plebis uel aliquo eorum debeat reum citari facere semel si inuentus fuerit personaliter: et si non fuerit inuentus ut supra, et habitet in castro plebis uel eius districtu Citetur domi in qua habitat, uel habitare consueuit cum familia bis sero silicet pro mane et mane pro dicta hora. Et si non habitauerit neque in Terra predicta uel eius districtu citetur alta uoce preconis ad sonum tube in schalis palatij quando domum uel habitationem citandus non habet: Si uero habitationem habere consueuerit ad domum cum dicta Tuba citetur: et ita eidem in dictis duobus casibus assignetur Terminus quinque dierum peremptorie ad comparendum per se uel legiptimum procuratorem: Qui sic citatus coram prefatis Lo. Ten. Domino Potestati, Iudice, aut aliquo eorum comparendo de Iure respondere debeat et hoc quando persona Citanda Maior erit.

Si uero quis agere uoluerit contra pupillum adultum, uel contra herede aliquius defuncti, citari debeat pupillus cum Tutore, Adultus cum Curatore et heredes nominari quando certi sunt modo superius declarato. Si uero Tutorem uel curatorem non habuerint Citentur, quod in Termino Trium dierum comparere debeant ad accipiendum Tutorem, uel petendum Curatorem qui eos defendat et quando dubium est an sit Aliquis heres ad respondendum in dicto Termino, an heres esse uelit: Qui, si non uenerint eidem Tutoribus et curatoribus [illegible]

per supra dcm lo. ten. Potestatem, aut eius Judicem Curator dictis litis, et cause unus ex proximioribus agnatis, uel cognatis pupillorum uel adultorum prout magis conueniens uisum fuerit eisdem, uel alicui eorum

Sin aut dicti heredes citati dixerint se nolle heredes esse, statuimus ut ad petitionem cuiuscumq. interesse pretendentis, citentur et requirantur per ministrum curie Illi quos post citatos tangit causa successionis quod in termino similiter trium dierum per Judicem assignato compareat ad dicendum an uelint heredes esse illius de cuius successione uel bonis aut rebus pretenditur interesse: et si comparuerint et hereditatem predictam acceptauerint, Tunc cum eo uel eis iudicium fiet Si uero comparuerint et terminum ad deliberandum petierint, Tunc assignetur terminus ei, uel eis decem dierum: et si contumaces extiterint in non ueniendo, similis terminus per Judicem assignetur et notificetur. Quo termino elapso, uel etiam eis comparentibus et dicentibus nolle esse heredes, Tunc statim commissarii Judicis fiat proclama per preconem ad domum solite habitationis defuncti, Si quis uult esse heres, uel pro illius herede respondere quod compareat coram dicto Judice in termino trium dierum et si ad dictum proclama aliquis comparuerit: et terminum ad deliberandum petierit assignetur ut supra. Quo elapso uel nemine comparente procedi possit ad ulteriora absq. alia solemnitate. Et si bona talis defuncti reperirentur debeat per Judicem dari curator dictis bonis, et cum eo Judicium fiet

C. DE Modo et forma procedendi in causis Ciuilibus.

Vt de cetero In fundamentalibus Judiciorum non erretur, statuendum duximus quod si aliquis ordinarie agere intendens, produxerit libellum contra aliquam personam in causa ciuili coram dno lo. ten. Ptate, aut Judice dicte terre castri plebis et partis eorum aut alicuius eorum aduersarium unum uel plures citari faciat per baylum dicti Cois personaliter uel ad domum, aut etiam in schalis palatii secundum formam traditam in Prima Rubrica presentis libri, de qua citatione credatur relationi dicti baiuli ut compareat coram illo Judice coram quo libellus fuerit oblatus ad recipiendum copiam libelli cum termino ad opponendum exceptiones declinatorias, dilatorias et peremptorias: Siquidem comparuerit dictus citatus debeat Judex assignare terminum dicto reo trium dierum Et si in dicto termino assignato nihil contra dictum libellum appositum fuerit: Tunc dictus Judex [illegible] cateris assignet terminum utrique parti unius diei ad

contestandu litem Quo comparente tam reo q actore lis contestetur, et pro co
testata habeatur subireq debeant Juramentu calumnie Actor q animo ca
lumnie no petat, Reus uero q credit se juste defendere / et si reus perse ut
per Procuratorem respondere non voluerit et tunc lis pro legiptime contestata
h debeatur, et procedat ad ulteriora. Si uero in termino ut supra assigto
conuentus per se uel per procuratorem comparuerit, et contra dictum libellum op=
posuerit exceptiones predictas et alias impedientes litis ingressum Tenea
tur et debeat ipsas probasse In termino quinq dierum proxe futurorum Quo ter
mino elapso Judex ad instantiam ipsius actoris sive rei processum publica
re debeat: si in eo Testes fuerint examinati et demum intra alios qnq
dies post dictam publicationem Teneatur et debeat pronunciare super dictis
exceptionibus. Si u. dcis exceptionibus oppositis videbitur eidem Judici ad ul
teriora procedi posse salvis dictis exceptionibus ipsi reo in fine cause co
gnoscendis et ita Terminu pro prima dilatione assignare utriq parti ad proba
ndum octo dierum. Quibus elapsis alios quinq dies ad petitionem dictarum partiu
pro secunda dilatione dent. Quibus quinq diebus finitis et similr partibus
communiter uel divisim petentibus Terminu Trium dierum pro Tertia et ultima di
latione, et peremptorio termino ad probandum et probatum habendum assignare
debeat et teneatur. Quibus Terminis elapsis Judex ad publicationem proces
et alios actus necessarios procedat prout putaverit necessariu fore. et Tenea
tur dns locum Tenens, Ptor et Judex, et quilibet eorum lites, causas, questio
nes, et controversias civiles illas vz. Inquibus lis contestata fuerit decider
et per diffinitivam sententiam Terminare partibus coiter uel divisim instantibus
infra Tempus triginta dierum utilium a die litis contestate. Et si dicta causa
in dco Termino expedita et diffinita no fuerit, requisiti idem dns. lo.
Ten. Ptor, et Judex, et quilibet ipsorum incidant in penam centu lib. aufe
rendorum per suos Sindicatores Tempore sui sinticati ad petitione cuius
cumq petentis: Cuius pene Tertia Pars applicetur parti, uel partibus pro
expeditione instantibus, Reliqua coi dicte Terre castri Pleb. Et si dicta ca
... fuerit diffinita per Judicem, coram quo fuerit initiata, Sucessor
... Teneatur et debeat si processus per precessore fuerit publicatus,
... undecim dies utiles a die requisitionis per sententiam termi...
... publicati per dies viginti utiles, sub pena dicta incurrenda
... forma predictis q si per Actorem steterit quo minus
... cidat infra dcos Terminos, Reus autoritate ...
... beatur ac si ... absolutoria lata esset, ...

fuerit requisitus a reo q in ca predicta procedere debeat ut per baylum uel per Citationem in scriptis et talis requisitio scripta fuerit per not. et scribam in dicta causa: si uero tempus dictorum terminorum instantie de com. concordia partes uellet prorogare ad uoluntatem earum possint: et Judex minime ad nom teneatur: et eodem modo si infra dictos terminos fieret compromissum durante neo partibus currant dicti termini neo Judici, si causa per laudum n fuerit terminata, sed causa remaneat in eo statu quo erat die facti commissi. Teneatur etiam Judex coram quo cause predicte uertentur parti petenti consilium sapientis dare: et concedere expensis petentis pena quinque lib. dum in consilium predictum super decisione cause reddatur ante tres dies ultimos temporis instantie. Et quia sepissime contigit q ad differendas causas oppon exceptio reuocationis mandati procuratoris, qui in Judicio interuenit, Judicamus q si dicta exceptio opponetur per dnum uel per procuratorem et legiptime no fuerit probata infra terminum trium dierum a die oppositionis, opponens in dat in penam decem librarum de facto auferen. per dictum Judicem: cuius pene medietas sit dicti Com. Terre castri plebis, Alia d. partis contra quam opponeretur.

Quod Notarii Actuarii teneantur dare acta e processus recepta competenti mercede.

SANCIMUS q Notarii Actuarii, qui in causis scripserint, seu scribent teneantur acta, processus, et scripturas dare cuilibet partium ad requisitio ipsorum in terminis per Judicem assignandis recepta mercede, que declarata est formam statutorum sub rubrica de mercede danda Notariis, sub pena decem de facto per D. Judicem auferen et nihilominus Judex cogat eum reali et personali ad restitutionem, et de omni eo q fecerit ea occasione idem Judex ualeat sinticari: Et quando propter infirmitatem uel absentiam aut alio legiptimo impmento idem Notarii dictas scripturas restituere non possent, possit quilibet cui Judex mandauerit transumptare et copiam partibus dare: quibus adhibeatur sicut transumpte essent manu notarii qui originali scrips.

Juris dict. Terre castri Plebis Vinculo Juramenti et sub pena decem lib. prohibet. dic. de facto auferen. Scribere in principio libri in uno folio dies utiles et in quibus sedet Judex et in alio dies feriates ne Idem Judex aut etiam alius off.lis possit de premissis ignorantiam pretenden., aut se excusare, quare sententias infra Tempora prefinita nō Terminaverit.

DE ASSIGNATIONE Termini Reo CONFITENTI faciunda.

Si quis ab actore Citatus comparuerit in Termino et coram Judice, petitioni sive libello respondendo fuerit confessus Totum vel partem eius quod fuerit per actorem petitum, siquidem res vel quantitas ascendat ad numerum decem florenorum, assignari debeat per Judicem Terminus decem dierum ad solvendum: si vero à dicta quantitate supra assignari debeant dies quindecim continui ad solvendum eidem Actori. Si in autem in dicta conf.ne adiecta fuerit aliqua qualitas solutionis, pacti aut etiam Temporis vel alterius similis assignari debeat per Jud. modo predicto Terminus ad solvendum: Et nihilominus in dicta qualitate debeat Idem Jud.x assignare Terminum octo dierum utilium, ad probandum dictam qualitatem et probatum habendum: qua non probata autoritate presentis Statuti intelligatur pura remanere confessio: et tam in dicto casu quam in aliis Supradictis sive actio fuerit realis sive personalis eodem Termino elapso detur Tenuta pro sorte, et expensis in bonis rei conventi facta prius excussione Rei mobilis, deinde immobilis pro mensura debiti confessati, et expensis, In Reali autem per nuncium curie statim mittatur in posessione rei petite: et si opus est auxilio militaris manus: et predicta non habeant nec vendicent sibi locum in debitoribus forensibus non habitantibus in Terra castri plebis vel eius districtu nec in debitoribus allegatis suspectis cum Juramento, quibus facta confessione debiti petiti illico precipiatur et mandetur quod non recedant de palatio vel constricta quin solvant suo creditori quantitatem vel rem petitam.

Nisi ipsi forenses, non habitantes, vel allegati Suspecti legiptime et idonee satisdarent de solvendo debitum. quo casu statuatur et assignetur Terminus ut supra: et contra dictos fideiussores prestitos in casibus predictis elapso Termino statuto et assignato ad solvendum, nō obstante quod renunciaverint quod prius conveniatur Principalis quam fideiussor eadem fiat executio qua fieret et fieri deberet contra ipsum principalem debiti, autoritate presentis statuti.

21 v

DE Tenuta concedenda, et de eius executione.

REVS citatus in Termino citationis suae nõ comparuerit, et cõtumax exti
terit, accusata contumacia per Actorem delato eidem Juramento per Judicem q(uod)
medio se creditorem dicat, de dicta summa teneatur idem Judex pronunciare te
nutam dari de bonis dicti rei citati, iuxta mensuram debiti, uel rei petitae, quae
Tenuta si fuerit Rei mobilis habeat terminum Reus ad soluendum quindecim
dierum. Si u(er)o fuerit cõcessa Tenuta rei immobilis habeat Idem Reus Termi
num trig(in)ta dierum ad eandem recuperandam, quibus Terminis finitis ad Insta
ntiam Actoris assignari debeat per Judicem eidem reo, in persona uel domi so
litae habitationis, aut sono Tubae in schalis palatij, si in Terra castri Pleb(is)
uel comitatu nõ repperiretur, Terminus trium dierum peremptorie infraquem
Tenutam predictam reluere debeat. et hoc etiã uendicet sibi locum si ageret(ur)
contra pupillum, uel adultum, aut etiã heredes alicuius defuncti, quo Termino
Transacto, et dicta Tenuta nõ recollecta mandato Judicis subastari debeat p(er)
publicum preconem per dies quattuor, et plus offerenti darj: Et facta solutione
in pecunia numerata Interuentu Judicis de credito et expensis solui debeat cre
ditor, Reliquum uero q(uod) superierit debitori assignetur. Si uero pro integra satis
factione creditoris predictj nõ suffecerit integra actio remaneat pro residuo
creditorj contra debitorem suum contra quem in eo executiue procedatur,
modo predicto: et si dicta Tenuta accepta, emptorem nõ Inuenerit debeat
dari in solutum creditorj per Judicem supradictum. secundum extimationem
faciendam per duos homines eligendos per Dños Priores dictae Terrae: qui
pro Tempore erunt. Cui dationi Idem Judex autoritatem interponere debeat
et decretum. Et perinde habeatur ac si uoluntate debitoris eidem esset assi
gnata. Et Talis datio in solutum autoritate presentis statuti ualeat pleno
Jure, liceat tamen debitori contra quem data esset Tenuta in quolibet casu pre
dictorum ipsam recuperare usque ad uenditionem factam nõ tamen exequutam, et
extimationem satisfactis expensis, quando apparent et certae sunt: aut eis nõ
apparentibus et certis existentibus, prestita cautione de Judicio sisti: et iudi
catum soluendo aliter nullo modo audiatur. hoc tamen declarato q(uod) si de tali Tenuta
Creditor fructus perceperit computare debeat in sortem facta deductione expen
sarum pro dictis fructibus curandis: quam tenutam Idem D. Lo. Ten. Plos
uel [illegible] teneantur in quocunq(ue) casu predictorum ad Instantiam creditoris.

uel etiam eius qui eam emerit sua jurisdictione disgombrari facere et liberam di
mitti à quocumque possidente etiam si opus est manu militarj.

C. QUE Res in Tenutam dari, aut Acci
pi non possint.

LICEAT Creditori contra suum debitorem in Tenutam accipere quiquid de
bonis suis primo Mobilibus secundo immobilibus, Tertio uero ordine no
minibus debitoris inuenerit ab aliquo Tantum nō possessis exceptis bobus et Vac
cis domitis, qui uenditi aut quoquo modo obligati Creditori legiptime nō appa
rerent. Item Panni existentes in lecto et ad lectum parati, bestie in soc
citam date uel ad Capitale reficiendum, Excepto etiam blado alicuius Colonj in
dicta Curia existentis quod a Kl. Maij usque ad Kl. Julij in Tenutam accipi
nō possint: et si predicta omnia exceptuata tam communiter quam diuisim in Te
nuta accepta reperta fuerint contra presentem formam Teneatur locumtenens Pres.
et Judex et quilibet ipsorum ad petitionem interesse pretendentis dictam Tenu
tam reuocare et restitui facere.

C. DE Tenuta super Actione reali in Tenuta
Concedenda.

AD CONVICENDAM litigantium contumaciam sancimus quod si quis reali acti
one conuentus contumaciter latitet, aut etiam dolose se absentauerit, uel etiam
in Judicio comparens negauerit possidere rem in Judicio deductam in omnibus
supra enumeratis casibus mitti debeat actor in possessionem rei petite; quam Te
nutam conuento licitum sit infra mensem redimere refectis expensis et prestita
cautione de Judicio sisti et Judicatum soluendo: Excepto casu quo Actor
in possessione rei petite propter negatione predictam in Possessione fuerit missus
nam eo casu solum audiri possit reus ueniens super proprietate et eodem mo
dicto mense elapso nō audiatur Reus ueniens, nisi super proprietate dicte rei. Ita
ut in premissis casibus de reo actor efficiatur: et in omni casu supradictorum
obtinens Idem Reus super proprietate fructus et dicte rei Consequi possit, ita
ut in Possessione dicte rei immissus eo modo fructus suos nō faciat, nisi et
super proprietate etiam obtinuerit.

C. DE SUMARIA COGNITIONE

Ne lites ex litibus oriantur statuimus et ordinamus quod in causis que vert
sub contractibus ut instrumentis dotalibus siue ad dotem probandam, uel mea
su restitutionis / solutionis uel in tuto ponendam, et super alijs instrumentis con
fessionatis uel conditionalibus uel non liquidis et in causis alimentorum pauperum Car
ceratorum et quando ageretur contra procuratorem per dominum qui a debitore solutionem
accepit uel eundem liberauerit et in causis que essent inter correos debendi uel cre
dendi uirtute publici instrumenti s. quando correus debendi satisfecerit pro suo correo,
uel uni ex correis credendi insolidum factis: et quando post iussum cessum alicui contra
suum debitorem cedens illum liberauerit et in causis non excedentibus summam tri
um florenorum et in causis uenditionis facte de grano / blado / legumine / uino / oleo,
et alijs ad usum seu cibum et potum paratis, et in uenditionibus et alienationibus
quorumcumque animalium et quando peterentur examinari testes ad perpetuam rei memo
riam, et super mercedibus operum et in causis locationum et conductionum, In qui
bus casibus procedatur summarie sine libelli porrectione, litis contestatione et
sine strepitu et figura Iudicij ad receptionem testium et aliam probationem, et
executionem, et facta probatione in casibus predictis ad executionem procedatur, si
cut proceditur in causa executionis instrumenti confessionati sublata omni peti
tione compromissi. Et si in premissis dominus lo. ten. Potestas et Iudex fuerint
Negligentes Incidant in pena uigintiquinque librarum de facto auferendarum tempore
sui sindicatus Possit autem super predictis casibus, et eorum decisionibus peti consilium
sapientis expensis petentis, nisi ubi ageretur ad liquidationem Instrumenti con
fessionati uel illius executio peteretur, et a sententijs et pronunciationibus
ferendis super dictis causis summarijs non possit nec debeat appellari de nul
litate, nec alius recursus haberi etiam per uiam supplicationis uel querele, nisi
ex causis contentis in Statuto de executione instrumentorum. preter quod in causis uen
ditionum et alienationum animalium et super locationibus et conductionibus In quibus
et eorum qualibet tam pro parte actoris quam rei, liceat appellari quando quantitas
principalis predictarum quantitatum in Iudicio petita excedat summam uigintiquinque
librarum ~ — — — — /.

DE Solutione Gabelle facienda siue Caput solido in Causis Ciuilibus soluen[da]

Quicumq; De Cetero In Judicio ordinarie, uel sumarie, in Terra castri pleb. uoluerit agere contra suum debitorem, aut reum, Teneatur et debeat soluere gabella dicte petitionis in prima productione libelli siue alter. petitionis ad rationem unius solidi pro quolibet floreno quantitatis petite, anteq; a bancho predco discedat qua solutione facta per notarium apud quem talis petitio fuerit celebrata mitti debeat in Cippo posito in sala Palatij Residentie Mag.ci Potestatis prope banchum et si peterentur res, ex cuius petitione quantitas apparere no possit nullo modo audi at.r nisi prius per dnos Priores dicte Terre fuerit facta extimatio et per Cancellar.m dicti Cois in Apodissa redacta et deinde producta una cu libello ad dictum banchu, de qua solutione, et eius quantitate in facie petitionis per Notarios deputatos ad dictum banchum assignari debeat quantitas ut ratio dicti Cois omni Tempore apparere possit sub pena decem librarum eisdem Notarijs pro quolibet et qualibet uice: q si in premissis fuerit inuentus aliquis dictarum gabellarum modo predicto et dicto Tempore no soluisse processus et ois actus qui deinde reperirentur facti sit ipo Jure nullus nullius roboris uel momenti: et in dca sua petitione per d. locum Tenen. Potestatem, et Judicem, nullo modo audiatur sed penitus repellatur.

De Excussione bonorum et Actionum hypotecarie.

Si quis in Aliquo casu Juxta formam presentium Statutorum citatus fuerit et contumax extiterit detur Tenuta de bonis suis creditori ut supra: si aut Tenuta aliqua de bonis eiusdem reperta non fuerit assignari debeat per Judicem Debitori Terminus trium dierum peremptorie ad assignandum tenutam creditori pro quantitate pecunie uel rei petite et hoc si personaliter inuentus fuerit. Si uero Idem debitor inuentus no fuerit, [si uero Idem debitor inuentus no fuerit] Dictus Terminus assignetur alta uoce, sono tube premisso per bannitorem in schalis palatij dni Ptatis, et ad domu ubi habitare consueuerit Et in dicto termino precipi q Idem uel quicumq; sciat de bonis dicti debitoris debeat assignare creditori infra Terminu, ut tenutam possit accipere de bonis suis ut supra: Et si de eisdem bonis fuerit aliquid sufficienter assignatum procedatur contra dictam Tenutam ut alias demonstratum extitit alias idem Judex facta dicta requisitione Termino assignato, et nihil de bonis debitoris reperto pronunciari debeat bona Talis debitoris fore excussa, et Creditorem agere posse contra bonorum possessores ac si legit.e et secundum ordinem Juris facta esset dicta excussio co[n]tra quem nihil obiici uel opponi possit quin procedatur super petitione h[yp]othecaria: Et si opponeretur nihil ualeat. Ita ut nec exceptio aliqua impediat sed

contestationem ratione excussionis nō rite uel legipt.e facte. Statuentes q super actione hypothecaria summarie et sine strepitu et figura Judicij procedatur.

DE Iure summariss.o in causis parue Summe reddendo.

IN CAVSIS aut parue summe vz. a libris quattuor infra D. Lo. Ten. ptas. Jud. et Exequutor summariss. procedat, et preuentioni locus sit adeo ut deposita querimonia possint Idem offles, et quilibet ipsorum Testes et probationes palam et publice audire, et in eadem causa procedere arbitrio eorum Inspecta sola mera facti ueritate et sententiare ut eisdem Iure consonum uidebitur: Nullo alio Juris uel Statutorum terre castri plebis ordine seruato, contra que omnia Nulla partium possit opponere aut etiam de nullitate dicere et si dicentur nullo modo audiatur.

DE his qui alieno noie agunt.

QVONIAM a Jure Traditum est prius de personis in Judicio litigantibus quam de rebus discutiendum. Ideirco Statuimus q in quacumque causa et lite siue ordinarie siue summarie agere intendit alieno nomine comparens Teneatur et debeat mandatum suum in Judicium exhibere et copiam dare parti petenti si uoluerit cum termino Trium dierum per Judicem assignandi ad allegandum et opponendum, quare ad legiptimationes personarum procedi nō possit: et si in dicto Termino quicquid oppositum fuerit teneatur dns lo. Ten. ptas, et Judex, et quilibet eorum diffinire et pronunciare super eisdem oppositionibus post dies duos, et facta legiptimatione personarum in causa procedatur nec amplius oppoi contra personam dicto nomine interuenientis Ita ut contrarium tentans nullo modo audiatur.

DE consilio sapientis dando ad petitionem Cuiuslibet partis petentis in causis terminis.

QVIA multoties contigit partes Judices suspectos habere: et nil peius sit quam coram suspecto Judice litigare, Statuimus q si Ambe partes uoluerint causam per D. Lo. Ten. ptatem uel Judicem dicte Terre castri plebis diffiniri, Ipsi uel quilibet ipsorum absque consilio sapientis causam ipsam diffinire. Si uero partes ipse uel altera eorum uellent comitti causam diffiniendam consilio sapientis Tunc et eo casu consil... sapientis diffiniendam comittat et comittere Teneatur mittendo acta et actitata

in iudicio
ad consultorem

in Judicio ad cōsultorem assumendum extra numerum suspectorum ipsorum partium, quibus Idem d. lo. ten. ptās, uel Judex, preceptum fieri faciat quod suspectos et confidentes in scriptis eidem dare et assignare debeant infra duos dies à die precepti facti ut monitionis quod si pars admonita ut cui preceptum factum extiterit dictos suspectos nō dederit, ac etiam salarium competens per dominum Judicem taxatum non deposuerit accusata contumacia per partem locus amplius nō sit dicto consilio sapientis sed dictus lo. ten. ptās et Judex ad diffinitiuam sententiam procedere debeat ac si cōsilium predictum petitum per partem nō fuisset.

C. DE Instantia causarum et termino earum.

Ad EXCITANDUM officialium et Judicum ignauiam, et amputandum cauillosas partium oppositiones statuimus et ordinamus quod d. lo. ten. ptās, et Judex diffinire et terminare debeant causas ordinario iure intentatas infra tempus et terminum triginta dierum utilium incipiendorum à die litis contestate dicte cause, si vero fuerit intentata causa que uirtute alicuius statuti summarie procedi deberet finiri et terminari debeat infra terminum et tempus uiginti dierum utilium sub pena posita sub rubrica de modo et forma procedendi in Ciuilibus et quando culpa et defectu supradicti Judicis contigisset, quibus temporibus elapsis in utroque casu ipso iure intelligatur et sit instantie causarum predictarum perempte, Ita ut super ipso processu amplius recognosci nō possit: possint tamen si eidem Judici uidebitur de communi concordia in utroque casu prorogare et ita eodem modo dictas causas, Idem Judex infra prorogatum tempus causam decidere et terminare debeat sub pena predicta qua nō terminata Instantia similiter sit et esse intelligatur perempta ut supra dictum est, hoc tamen declarato quod si inter dictas partes fieret compromissum de quo in actis constare debeat totum tempus compromissi nō computetur infra tempus dicte Instantie et partes in eodem esse et statu sint quo erant tempore compromissi facti.

C. DE Expensis taxandis post peremptionem Instantie.

STATUIMUS insuper et ordinamus quod perempta Instantia cause siue summario siue ordinario iure agatur durante officio Judicis octo diebus utilibus quo ad taxationem ... in causa factarum per reum in Judicio conuentum in quibus expensis actor sit e... ligatur ipso iure cōdemnatus, in quo termino lo. ten, potestas, uel Judex te... super ipsa taxatione expensarum pronunciare et declarare actorem i...

condemnatum, nisi ipse Actor manifestis probationibus ostenderit per se non stetisse quo minus causa fuerit expedita, sed per dominum lo. tenentem potestatem, vel judicem, quo casu idem et quilibet ipsorum ad refectionem expensarum per utramque partem in ea factarum teneatur: et praedicta locum sibi vendicent si reus in judicio conventus infra decem dies post peremptam instantiam in scriptis expensas factas produxerit et taxari petierit. Si vero negligens fuerit, et infra dictum terminum taxari non petierit vel fecerit super ipsis expensis, ulterius non audiatur, nisi contra dominum locumtenentem potestatem, vel judicem in casu supra dicto tempore sui sindicatus.

De juramentis decisivis inter partes dandis et referendis

Quia maximum remedium expediendarum litium in usum venit jurisjurandi silicet religio, idcirco statuimus quod in quacumque causa et lite et in quacumque parte litis, etiam ante litem contestatam si actor stare voluerit juramento rei in judicio conventi de eo super quo erit lis sive questio, reus teneatur jurare et debeat vel juramentum referre, et si iurare noluerit vel etiam referre, delato per judicem jureiurando actori, reus in re in judicio deducta per judicem condemnetur. Si vero reus stare voluerit juramento actoris de eo super quo erit lis sive questio, actor jurare teneatur et debeat vel referre: quod si iurare noluerit et referre recusaverit delato jureiurando reo, idem per judicem absolvatur et actor in expensis condemnetur. Liceat tamen unicuique partium cui jusiurandum delatum fuerit suum juramentum modificare et declarare uti conscientiae suae pro veritate rei justum fore videbitur: quod juramentum tam pro se, quam contra se habeatur pro plena probatione. Et interemissis dominus lo. ten. potestatis, et judex teneantur et debeant pronunciare, absolvere et condemnare secundum formam dicti juramenti suscepti de quo in actis constare debeat.

Quod victus victori condemnetur in expensis

Statuimus, et ordinamus, quod victus victori condemnetur in expensis legiptime in causa factis, quas dominus lo. ten. potestatis vel judex dictus tenere debeat in ipsa prolatione sententiae declarare: quo sic facto infra octo dies continuos taxare debeat postquam fuerit per [illegible] requisitus. Et hoc nisi tempore sententiae victus per diffinitivam senten[illegible] fuerit absolutus propter justam causam litigandi vel similem et hoc [illegible] debeat in dicta sententiae prolatione; si vero lata fuerit sententia diffi

nitiua nulla facta mentione de expensis Intelligatur et sit ipso Iure pars uicta parti uictrici in expen. legiptimis factis condemnata, et possit contra Iudicem etiam agere pro ut sibi expeditum uidebitur Tempore sui sindicatus Ita quod solutione facta per unum alter Intelligatur ipso Iure à dictis expensis liberatus.

QVANDO Procedatur contra Curatorem bonis datum

SANCIMVS quod debitore absente contumaciter tamen citato, si dubitatur bona sua creditoribus non sufficere dari debeat per Iudicem curator talis debitoris bonis: qui curator Teneatur infra quindecim dies Inuentarium de bonis debitoris facere, quo perfecto et publicato, D. lo. Ten. potestas, uel Iudex ad petitionem Curatoris predicti Teneatur Creditores cogere ut duos homines eligant, qui estiment bona dicti debitoris, quibus sic extimatis Idem Curator satisfaciat, et in solutum det de bonis predictis iuxta extimationem factam legiptimis creditoribus, et qui clare debitum coram dicto Iudice demostrauerit primo, secundo, et Tertio, et alijs deinceps sicut quilibet eorum precedet in Tempore dum dicta bona durabunt: et de his saluo off.o et absque eius damno Instrumentum faciet ad sensum cuiuslibet creditoris: ita quod infra duos menses sue curatorie off.3 cum effectu fuerit ultimatum: Et quicquid per eundem curatorem in predictis solutionibus ordinandis factum fuerit ualeat et Teneat pleno Iure, nec contradici possit, nec etiam quicquid quo quo modo audiatur.

QVOD primo agatur contra Principalem [illegible] Fideiussorem

QVIA, obligatio fideiussoria accessio est principalis obligationis statuimus quod primo agatur contra principalem quam contra fideiussorem. Quicumque igitur obligatus apposuerit principaliter uel in solidum simul cum aliquo alicui ad aliquod debitum uel ex alia quauis causa uel etiam fideiussorio nomine et apparuerit per Instrumentum conseruationis Indemnitatis sue per Testes debitis sine contractu uel obligatione alicuius eorum: quod creditor dicti debiti non audiatur nec Intelligatur contra illum uel illos sic obligatos uel obligatum, nec contra ipsorum uel cuiuslibet ipsorum bona, nisi [illegible] Creditor agat contra principalem dicti debiti et heredes, aut eorum bona uel eis exigat debitum: si bona talis principalis inueniuntur sufficien[illegible] bitum persoluendum. Alioquin Talis Creditor agere possit contra omnes [illegible]

causa obligatos. et hoc locu habeat in pntibus nō dum finitis ſ futuris.

De Indemnitate fideiussor: et alior Alieno nomine promittentium

VICVMQ; Fideiussor pro alio extiterit, uel se principalr obligauerit, et manifeste apparuerit q debitum nō sit suum per Instrumentum Conseruationis uel alio quo uis legiptē modo, Ipsi uel sui heredes et Successores teneantur eum et suos heredes, et bona indemnes conseruare, et teneatur D. lo. Ten. Ptōs, ac Judex illius qui se principalr obligauerit, et debitum nō sit suum conseruari facere indemnem et in premissis procedi possit sumarie diebus feriatis nō obstantibus: et ad Instantiam fideiussoris cogatur principalis in persona et rebus, qn uoluerit se indemnem conseruarj: cogatur etiam principalis fideiussorem extrahere ab obligatione quam fecit pro eo siue in solidum siue fideiussorio nomine extrahere eundem si diu stetit in oblig.ne Et si incipit principalis ad Inopiam uergere. Et predicta dns lo. Ten. ptōs, et Judex ad Instantiam fideiussoris obseruet et obseruari faciat: nec possit in premissis appellarj: aut etiam Judex appellationum talem Audire

De Interrogationibus in Iudicio faciendis Ante litem contestatam

N EIVDICIA quoq; nō elusoria conuertantur seu conuerti possint, Statuimus et ordinamus q interrogationes ad Judicij preparationem et an libelli productionē, seu post: et an litem contestatam fieri possint: et in iudicio produci, quas dns locum Ten. Ptōs, uel Judex, dicte Terre castri plebis admittere teneatur et debeat et Ille cui Interrogatio facta fuerit teneatur respondere simpliciter clare, pure et aperte: Et si ille cui facta fuerit Interrogatio respondere noluerit uel negligens fuerit in respondendo ad preceptum Judicis possit, et debeat Idem dns locum tenens, Ptōs, et Judex pronunciare et declarare ipam interrogationem pro confessata aut negata ad Instantiam et in fauorem producentium ipam liceat tamen interrogato contumaci purgare moram suam in respondendo dicte Interrogationi ad pri[illegible] [illegible]iem post dictam pronunciationem et dicte interrogationi respondere, et responsioni stetur ac si pronunciatio dicti Judicis nō interuenisset

DE Positionibus et Articulis in causa pro… Et Responsionibus faciendis

STATVIMVS q oẽs Interogationes à partibus in Judicio factas et productas post litem contestatam, Que sapiunt naturam probationis, ut sunt positiones et Capla, siue Articuli Dnš lo. Ten. Ptăs, uel Judex ad mitterẽ debeat et Teneatur et debeat saluo iure impertinentium dupplicium contrariorum Implicitarum de facto alieno et non admittendarum 7 nõ facientium ad causam. et pars contra quã dictę positiones, et capitula, siue articuli producti fuerit teneatur 7 debeat precepto dicti Judicis responderẽ simpliciter 7 purẽ, clarẽ, et apertẽ per uerbum credit, ut nõ credit priusq, copiam habeat ipsarum positionum siue articulorum et si in Judicio producti fuerint, ad probationem Jurium litigantium aliquę positiones siue Articuli quę sint impertinentes dupplices, contrarij, implicitę nõ admittendę, siue ad causam nõ facientes, habeantur ipõ Jure pro nõ productis: et si respondent pro nõ responsione facta habeatur, Jta ut dictę parti respondenti ex responsione detrimentum nõ generet. nec producens in aliquo releuetur. qua responsione facta debitis positionibus, siue articulis Teneatur 7 debeat Jdem Judex concedi facere cuilibet parti petenti copiam positionũ siue articulorum in causa productorum. Si uero aliqua pars litigantium ad preceptum Judicis responderẽ recusauerit, possit 7 Teneatur pronunciarẽ et declararẽ ipsas potiones 7 Articulos ad partis producentis requisitionem pro confessatis haberi: saluo iurẽ purgandi moram, quã purgarẽ possit ad primam sessionem Judicis post pronunciationẽ factam. Et Jta positionibus et articulis in deõ Termino liceat responderẽ: nõ obstanti dicta pronunciationẽ: si aũt mora purgata nõ fuerit, et ipsis positionibus nõ fuerit responsum pronunciatio predicta plenam faciat probationem: et pro legitima probatione heatur in causa.

DE Terminis finiendis in Diem Feriatam

STATVIMVS et ordinamus q si dies alicuius Terminij uel precepti inciderit in diem feriatum sequens dies nõ feriatus habeatur pro Termino uel precepto et esse intelligatur pro Termino 7 precepto stabilito: Jta q partes Teneantur 7 debeant dicta sequenti die nõ feriata comparerẽ, Et si comparuerit eius alteri a pro Termino comparuisse intelligatur, ac si sequens dies nõ feriata fu… Termino assignatus: et hoc locũ heat siue ordinarie iure siue s… agatur

STATVTORS

DE TENVTA ACCEPTA in bonis Alterius obligatis

SVB pretextu bonorum alicuius debitoris alterius ad Instantiam creditoris accepta fuerit Tenuta de bonis alterius uel per uel alium possessis, uel alijs obligatis et ille cuius bona accepta fuerint in Tenuta, uel qui bona in Tenutam accepta possederit uel qui sibi obligata esse dixerit comparuerit in Judicio citato legiptime illo ad cuius instantiam dicta bona in Tenutam accepta fuerint, et fidem fecerit de Jure suo quod haberet in bonis in tenutam acceptis per dictum lo. Ten. Potestatem, uel Judicem dicta tenuta reuocetur et reuocari debeat saluo tamen Jure illi ad cuius Instantiam dicta bona accepta fuerint, ac si accepta non fuissent et in premissis procedatur summarie de plano sine strepitu et figura Judicij Declarantes quod in huiusmodi causis agitandis super Tenuta, uel rebus in Tenutam acceptis à libris quattuor infra, credi possit Juramento Comparentis et dictam rem in tenutam acceptam ad se spectare Jure directi dominij utilis uel quasi Arbitrio lo. Ten. Potestatis, uel Judicis Inspecta qualitate facti, et conditione personarum.

DE Satisdatione prestanda per forenses Litigantes in Curia castri Plebis

FORENSIS, uel non habitans in Terra et Comitatu castri plebis cum familia et supellectilibus: uel qui non alias non subiectus Jurisditioni Temporali Domini lo. Ten. Potestatis, uel iudicis Terre castri plebis, qui aliquem de dicta Terra uel eius comitatu, aut etiam in eorum loco habitantem in Judicio fecerit conueniri teneatur et debeat idoneum prestare fideiussorem de Judicio sisti, et iudicatum soluendo, et in reconuentione, si ille eundem reconuenire uoluerit. et in eo, quod reconuentus fuerit in Judicio sistet, et Judicatum soluet, qua fideiussione Idem forensis non habitans uel non subiectus dare teneatur et debeat in Judicio ad omnes specialis et castro plebis uel habitantis in eo, requisitionem et Instantiam: et ante litem contestatam, et post, usque ad conclusionem in causa exclusiue. Et si dictam fideiussionem non dederit, non audiatur, et in causa non procedatur, usque quo fideiussio prestita fuerit: ad quam fideiussionem quilibet Idoneus tamen arbitrio domini Judicis admitti possit.

QVOD Idem Ius sit forensi in Castro Plebis quod sit in suo loco ...

[C]UM HUMANA Sanctione scriptum sit q quisq iuris in alterum statuerit ipse eodem iure uti debeat: et ne nri Terrigene in ciuilib causis male tractentur aliis ciuitatib/ Terris/ castris/ 7 locis sancimus q forensibus in causis ciuilib eo modo reddatur ius, 7 eo modo tractentur ab officialib dcte Terre in causis eor/ 7 ear decisione quod redditur illis de castr plebis 7 ibidem habitantibus si eo modo Terrigene uel habitantes in castro plebis tractentur litigare uolentibus in Ciuitate/ Terra/ castro/ uel loc de qua uel quo est ille forensis qui petit uel petere uult uel agere/ uel se defendere et litigare, ats idem ius eidem in dca Terra reddi debeat quod legiptime apparebit, reddendum esse illis de castro plebis litigare uolentibus in curia dcor forensium. Et predicta locum nō habeant in Instrumetis cōfessionatis, nec in scripturis habentibus uim cōfessionum, per formam alicuius statuti nec in executionib eor.

It statuimus et ordinamus q nullus forensis qui familiariter habitabit uel apothecam habebit conductam in Terra c. plebis possit personal capi sine citatione de eo facta, nec eidem aliud grauamen inferri: et si aduersarius iurauerit ipsum habere suspectum de fuga, nisi Iudici fides facta fuerit talem forensem post contractum debitum, conditionem suam deteriorasse. In qua fide Iudici facienda nō requiratur citatio ipsius forensis.

De Pignor Conuentionali

[S]i quis habuerit ab aliquo aliquam rem in pignus pro aliqua quantitate denarior uel alia quacumq re, 7 ille qui recepisset dictum pignus nō uellet amplius pignus retinere debet adire Iudicem et dco quirem in pignus dedisset mandato dni Iudicis per nuntium curie notificare q infra Terminū octo dier immediate post notificationem factam incipien debeat dictam rem et pignus redimere: et ille cui res data fuerit integre cum effectu soluere et satisfacere: Et si dons dicti rem in pignus per dictum Tempus cessauerit redimere tunc ad Instantiam ills qui dictam rem in pignus habuisset possit et debeat ad instantiam petentis mant. Iudicis uendi et uenditio ualeat 7 teneat aliquo nō obstante: possit tn dns ipius pignoris Infra Tempus quinq dier si res mobilis erit, a die facte uenditionis et notificationis, si uero immobilis post dies quindecim redimere dictam rem uenditam ab emptore seu possessore dicte rei soluendo integrum pretium debiti et expensas: Quibus terminis elapsis, 7 [illegible] dimente nullo mō ad predicta audiat sed rata 7 firma per dictam [illegible] facta ad instantiam dicti partis permaneat 7 roboris firmitatem habeant.

D.i.

27v

DE DEBITORE SVSPECTO

Si quis de dicta terra castri plebis uel eius comitatu uel quicumque alius familiariter habitans in dicta terra uel comitatu co[m]pa[r]uerit cora[m] d[omi]no lo[cum]ten[ente] potestate uel Judice et dixerit habere debitorem aliquem de dicto loco, uel forensem, qui sibi suspectus sit de fuga, recessu, uel absentatione, a dicta terra et comitatu, et ostenderit et summarie probauerit de debito etia[m] no[n] liquido per scripturam publicam uel aliam que habeat uim confessionis in iudicio facte aut per testes uel alio modo: et si aliter probare no[n] potest per ipsius juramentum qui talis suspectus no[n] possideat bona immobilia in terra et comitatu predicto, que equiualeant quantitatem uel rem que debetur detracto omni alio suo debito. Idem d[ominus] lo[cum]ten[ens] p[otesta]tis, uel Judex, uel alter eoru[m] super hoc adhibitu[s] teneatur et debeat recepto juramento de tali suspitione statim capi facere, et incarcerare talem debitorem suspectum ad petitionem talis creditoris, qui debitor captus no[n] possit relaxari nisi satisfecerit tali creditori de debito facta prius de no[n] liquido legiptima liquidatione uel nisi primo satisdederit de iudicio sisti et judicatum soluen[do] dando fideiussorem qui sit de dicta terra, et in ea habitans et sit soluendo.

Si u[er]o quispiam dubitaret de aliquo actore dum ipse in iudicio conuenitur et uellet aliquid petere et reconuenire eundem actorem et suspitionem haberet quod nollet respo[n]dere de iure si persona actoris i[m]mobilia no[n] possideret coram Judice cora[m] quo erit causa teneatur idonee cauere cum fideiussore ad petitionem rei. Alias Judex eum no[n] audiat, et omnino audientiam deneget. Et si talis suspectus cederet jura sua cuiq[ue], nec cessionarius, nec aliquis qui ageret per d[i]c[t]os off[icia]les audiat[ur] ratione dicti juris cessi nisi prestet idoneam cautionem si petita fuerit quod ille juris cessor de quo suspitio haberetur stabit juri, et iudicatu[m] soluet, et quod dictum est de actore pari modo et de reo intelligatur, et predicta no[n] habeant locum in causis exequutionis instrumentorum uel aliis scripturis uim confessionis uel exequutionem habentium ex forma alicuius statuti

DE Cessione Jurium non faciendis

Cum propter diuersa oriri litigia inter homines super bonis aut actionibus, quia plerumque pars succumbens ducta rabie iuste, uel iniuste uic

torie in preiudicium tertij seu partis iustitiam fouentis super quibus in Iudicio lis
pendet uel pendere uerisimiliter speratur alteri, donat, cedit, uendit, alienat, seu
in alium possessionem transfert statuto hoc perpetuo duranti. Volentes premissis
inconuenientijs opportune prouidere, Sancimus quod nulla persona audeat uel pre
sumat domum agrum, siue aliqua bona stabilia uel mobilia, uel rem aliquam uel he
reditatem in totum uel in partem possessiones, iura, uel actiones, in et super quibus
penderet lis, seu uerisimiliter esse litigium speraretur uendere, alienare, condonare,
cedere, aut quouis alio titulo in alium transferre, sub pena et ad penam ualoris
dupli eius quod ualeret id quod uenditum, donatum, cessum, uel alienatum uel in
alium translatum extitisset: Cuius pene medietas sit illius in cuius preiudicium
quod factum extitisset, pro alia Comunis castri plebis siue aliqua alia declaratione
uel sententia applicanda, sed ipso facto et ipso iure: et nihilominus talis datio, donatio,
Venditio, Cessio, alienatio, seu in alium translatio non ualeat nec teneat et sit
nullius ualoris uel efficacie: et similiter nullum Instrumentum aut alia scriptura
preiudicium faciat, sed penitus fide careat: et perinde habeatur ac si facta
non esset. In

DE MITTENDIS in possessionem
hereditatis defunctorum

STATVIMVS et ordinamus quod si ad aliquem deuoluta, seu transmissa, si
ue translata fuerit hereditas alicuius defuncti, siue ex testamento, siue ab intesta
to, uel per fidei commissum, aut alio quocumque iure ille ad quem deuoluta, trans
missa siue translata fuerit hereditas mittatur et mitti debeat in possessionem
et tenutam bonorum omnium et rerum quas defunctus habuerit, tenuerit, et possederit
[illegible] habere, tenere, et possidere tempore sue uite et mortis summarie
[illegible] sine strepitu et figura Iudicij citatis tamen omnibus et singulis per pu
[illegible] preconem in scalis palatij [illegible] sua interesse, seu uolentibus con
tradicere uel aliquo iure uti: ne dicta missio [illegible] fieri debeat et citatis etiam
tenentibus et possidentibus bonis possessis olim per dictum defunctum de cuius he
reditate ageretur tempore sue uite et mortis. Et predicta fieri debeant ad
petitionem cuiuscumque petentis per D. Lo. Ten. Potestatem uel Iudicem, ad omnem
requisitionem eius ad quem hereditas deuoluta, transmissa, uel translata fuerit:
etiam tempore feriato, dummodo non introducto in honorem dei. Si uero aliquis contra
dictor extiterit tunc in Iudicio competenti cause contradictionis uentilentur et [illegible]
acquiratur qui potiora iura ostenderit siue qui iuniorem [illegible] desiderat. [illegible]
predicta missio peti et fieri possit infra decem annos computandos tempore mortis ab

DE sententijs diffinitiuis et interlocutorijs dandis in causis et quando.

D[...]ANDV[...] Judicum ignauiam et ne lites tam per Judices quam partes Immortales fiant, Statuimus quod D. lo. Ten. Ptas uel Judex Terre c. plebis Teneatur et debeat des et quascumque sententias diffinitiuas terminare infra terminum supra suo loco ordinatum sub pena in dictis Statutis contenta et debeat dictas sententias clare et aperte dare, pronuntiare et diffinire: nec sufficiat eidem Jurare et partem absoluere ab obseruatione Judicij reseruata parti actione sumpta causa quod eidem de dicta causa non liquet: aut etiam dicere absoluo uel condemno absoluendum uel condemnandum prout ex actis colligi potest: Teneatur etiam et debeat omnes et quascumque pronunciationes siue sententias interloquutorias et omnes in lite emergentes diffinire per se et absque consilio sapientis nisi de uoluntate ambarum partium litigantium uel earum alterius procederet quod committeretur siue in summario siue in ordinario Judicio lis peragatur. et Teneatur dictas interloquuterias ad instantiam partium petentium postquam bis ad summum partes mo[n]uerit, sub pena uigintiquinque librarum retinenda per suos Sindicatores Temporis sui Sindicatus.

[...]are et [...]ferre

DE Testibus examinandis et examinari committendis extra Curiam Castri plebis.

SI TESTES In causis ad probationem siue ordinarijs siue summarijs producti fuerint coram D. lo. Ten. Ptate, uel Judice et contra personas eorum ad beneficium Juris fuerit per partem aduersam oppositum, si tamen non fuerit exceptio excommunicatus Quilibet eorum saluis exceptionibus oppositis teneatur dictos testes admittere, et examinare, et exceptiones obiectas cognoscendas reseruare in processu, Cui examinationi una cum notario deputato interesse debeat idem Judex: solus autem Notarius non possit examinare, nisi demum de eius dicti Judicis mandato fuerit commissum propter aliquod impedimentum. et de commissione appareat in Actis. Possit etiam Idem Judex in causis summarissimis testes examinare absque aliqua scriptura componenda pro expeditione dictarum causarum. Si aliqua partium uellet habere probationem per Testes alterius Jurisdictionis Judex ad Instantiam petentis et producentis Articulos super quibus intendit

illos examinari teneatur et debeat intimari facere parti adverse huiusmodi petitionem et productionem, et eidem terminum assignari competentem ad faciendum interrogatoria, et ipsum moneri si uelit ad locum ubi testes erunt examinandi accedere ad uidendum eos iurare et demum per suas litteras cum articulis et interrogatorijs interclusis requirere officialem loci ut cogat dictos testes medio iuramento testimonium veritatis deponere et per filum notarii eorum dicta recipere publicata. Qui officialis remittere dignetur sub eiusdem soliti sigilli munimine: Quibus testibus et eorum dictis perinde ac si per iudicem causae inducti et examinati essent stari debeat et fides adhibeatur. Addicentes insuper quod nullus tam in iudicio ordinario quam summario possit super uno quolibet capitulo: ultra tres testes producere: et producti ultra dictum numerum nullam fidem faciant et eorum dictum sit irritum: et inane.

DE APPELLATIONIBUS

Statuimus et ordinamus quod appellator uel qui sententiam dixerit nullam teneatur et debeat infra decem dies postquam appellauerit uel sententiam dixerit nullam, a iudice qui ipsam tulerit adire iudicem ordinarium appellationum cognitorem de appellatione et nullitate et libellum appellationis ad quem coram eo producere citatis legiptime illo in cuius fauorem lata fuerit sententia a qua appellabitur uel nulla quae dicetur, quo libello producto statim idem iudex appellationis assignet parti aduerse in cuius fauorem sententia lata fuerit terminum trium dierum ad excipiendum quicquid uoluerit: quare dicta appellatio, uel nullitas interposita procedere non debeat: nec sit admittenda et appellationi predicte non sit deferendum. quas exceptiones oppositas, si opposite fuerint, idem iudex teneatur et debeat infra duos dies proximos decidere et super eis pronunciare an obstent nec ne, quod si idem iudex in dicto termino non fecerit dicte exceptiones reseruate esse intelligantur tempore diffinitiue sententie: et dicto termino elapso sit et esse intelligatur super dicta appellatione lis legiptime contestata: et si per partes legiptime et secundum formam iuris contestata fuisset et partes ipso iure habeant terminum octo dierum pro prima dilatione ad probandum de iuribus suis hinc inde: Si uero partes uel ipsarum aliqua uellent et peterent secundam dilationem tunc ex eo casu pendente prima dilatione secunda petatur et peti debeat et aliter petita nullatenus concedatur pro qua tantum sex dies concedi debeant suscepto prius iuramento per notarium ad id deputatum mandato dicti iudicis quod dictam secundam dilationem non uult, neque petit animo calumniandi ut ... dilatandi: que dilatio intelligatur et sit ultima et peremptoria ad probandum

bati habendum quicquid in dicta causa app[ellatio]nis et nullitatis probare voluerint per quo
cumque genus probationis: ultra quam secundam dilationem aliqua alia dilatio non
detur nec dari debeat: Si autem per partes vel aliquam earum allegati fuissent Testes
vel aliae probationes de longinquo: quos et quas nunquam in dictis Terminis ob loci distan
tiam producere impossibile foret tunc et eo casu tantum et non alias Idem Judex possit
et ei liceat maiores et longiores dilationes in dicta causa appellationis dare et as-
signare sive assignatam prorogare, uti eidem videbitur inspecta loci distantia quibus
Terminis sive dilationibus elapsis processus dicte cause app[ellatio]nis sive nullitatis,
sit et esse intelligatur ipso Jure publicatus et pro publicato habeatur qui a partibus
peteretur et ipso Jure partes habeant Terminum trium dierum, vel eisdem assignetur
per supradictum comm. Judicem qui hoc petitum est ad habendum Copiam processus
et opponendum quicquid opponere volunt contra processum et acta cause, quo Termino
elapso si per partes vel aliquam ipsarum in dicta app[ellatio]nis voluerit consilium sapientis te
neatur Idem Judex infra octo dies proximos postquam requisitus fuerit de consilio
sapientis receptis primo a partibus suspectis dictam causam app[ellatio]nis et Nullitatis co
mittere deciden. et diffiniendam consilio sapientis ex actis et agitatis tam in causa
principali quam appellationis et nullitatis: et omnia acta et actitata tam principalis cause
quam app[ellatio]nis consultori assumendo extra numerum suspectorum partium mittere et desti
nare, ut quicquid pronunciandum et senten[tiandum] erit valeat declarare, et recepto co
silio sapientis Teneatur et debeat idem Judex Infra duos dies postquam requisitus fue
rit a partibus vel earum altera ipsum consilium habitum publicare presentibus
partibus vel admonitis vel saltem Citatis semel ad hunc actum et in omnibus et
per omnia secundum formam et tenorem dicti consilij pronunciare et declarare de
beat prout in eo continetur: Nullatenus ab eodem in aliquo discrepando:
Si vero dicte partes vel earum altera dictum Consilium non allegaverit Teneatur idem
Judex in dicta causa procedere de plano, et omni petitione et promissi sublata, nisi
ad se trahen. negocium principale infra Tempus quadrag[inta] dierum continuos per sen
tentiam diffinitivam.

Et si per provocantes steterit quo minus causa predicta decidatur infra dictum Tempus
facta requisitione partis provocantis ad petitionem provocati in scriptis manu
Notarij app[ellatio]nis et mandato Judicis per baylum missa quod debeant in dicta causa pro
cedere et illam finiri facere Si inde ad quattuor dies post dictam finitam In
stantiam non venerint ex tunc auctoritate presentis statuti sit dicta causa deserta.
Judex aut aliquam penam non incurrat, in quam si sua negligentia dictam causam
[illegible]tionis infra dictum Tempus non diffinierit incurrere Intelligatur v[idelicet] ut s[upra]

quinque libras et ad interesse parti teneatur tempore sui sindicatus. Judex aut app[ellatio]nis possit in predictis causis uictum uictori in expensis nō solum in causa coram se facta cōdemnare sed etiā in prima et absoluere ab expensis. Quibus appellationibus aut dictionibus de nullitate pendentibus uel altera earum coram Judice appellationis per dominum po. ten. ptatem & Judicem nō possit nec debeat aliquid innouare super aliqua sn̄tia ciuili a qua fuerit appellatum seu alr̄ prouocatum. pendentibus predictis decernentibus quod causae nullitatis et appellationis simul et in eodem libello & in eodem tempore intentari possint ac tractari quin super ipso continente appellationes et nullitatum. et oīa acta & actitata principalis causae et causae appellationis et nullitatis intelligantur actualiter esse producte in causa appellationis & eandem fidem faciant ac si actualiter producte fuissent.

DE Modo Appellandi et quibus uerbis.

Quoniam in Appellationibus interdum partes paupertate nequeunt procuratores & aduocatos expertos habere ne Jnjustitia pariatur et ius eorum totaliter perdatur ac in causa appellationis possint supplere quod in causa principali omissum fuerit. Statuimus quod si quis ab aliqua sententia diffinitiua contra eum senserit se grauatum uel ab aliqua interlocutoria habente uim diffinitiue uel ab aliqua alia, a qua sibi licitum sit appellare per formā presentium statutorum et ipsam sententiam nullam cognouerit uel crediderit. Si prelationi ipsius presens fuerit et se appellare uoluerit uel se appellauerit et nullam dixerit uiua uoce et penes acta sufficiat tali appellanti uel nullam dicenti uiua uoce et penes acta dicere et proferre ego dico ipsam sententiam nullam, uel ab ipsa appello. et intelligatur per hec uerba sic dicta legiptime se appellasse a d. po. ten. ptate uel Judice qui ipsam sententiam tulerit et perinde habeatur ac si legiptime et secundum formā Juris appellasset, apostolos petijsset, et litteras dimissorias Jterum atque iterum petijsset, et in omnibus et per omnia secundum formam Juris nec defectu alicuius solemnitatis Juridice siue a Jure cōi declarati obmisse in ipsā appellatione interposita a prefato d. po. ten. ptate, uel Judice qui sententiam tulerit [illegible] nec initiari possit dicta appellatio uel nullitatis dictio ut dictum est uiua uoce facta sed pro Juridica appellatione et legiptime interposita habeatur. Jpso Jure ac si obseruata fuisset omnia solemnia de Jure necessaria in [illegible] Jnterponenda: si illico dictum fuerit penes acta. Ego [illegible] Appello [illegible]

in forma debita, et infra tempus debitum ex forma predictorum statutorum adeat offitium dni Judicis appellationis qui pro tempore erit et coram eo libellum appellationis ad quem volens se appellare, vel nullam sententiam dicere producat et in causa procedat secundum formam statutorum.

De sententijs a quibus appellari non potest

Ordinatum pariter et statutum extitit quod a sententia interlocutoria nisi esset talis que haberet vim diffinitive neque a sententia executionis alicuius sententie vel precepti si pronunciatum fuerit exequendam vel exequendum: nec ab ea in qua Judex pronunciaverit se Judicem competentem vel non competentem nec a pronunciatione legiptimationis personarum, nec ante sententie diffinitive tempus vel interloquutorie que absorbet totum negotium principale vel post interloquutoriam aliqua sententia non requiratur. Id est nullatenus liceat appellare. Si vero pronunciatum fuerit sententiam vel preceptum non esse exequendum, tunc et eo casu liceat appellare: et appellans in casibus ut supra vetitis puniatur in libras viginti quinque denariorum et nihilominus Judex cause prime procedat, et procedere possit et debeat. Teneatur d. lo. ten. ptas, et Judex quilibet eorum ratas et firmas habere omnes sententias latas et ferendas per dictum Judicem appellationis a quibus non fuerit appellatum: et si contingat quod Judex appellationis predictus tulerit sententiam prime sententie confirmatoriam, ut quod bene sententiatum fuerit, et male appellatum, vel pronunciaretur vel ferretur sententia infirmatoria prime vel male sententiatum et bene appellatum a dictis sententijs possit et licitum sit appellare et recursum habere ad superiorem dicti Judicis appellationis qui pro tempore erit in dicta terra castri plebis infra tempus a iure permissum coram quo modo et forma, ac infra tempus et terminum in Judice appellationis statutum et in parte appellante causa expediri debeat.

De modo appellandi in criminalibus

Quecumque persona cuiuscumque status, vel conditionis existat de dicta terra c. plebis vel etiam in ea aut eius curia habitans in futurum voluerit in criminalibus appellare a quacumque sententia vel gravamine illato per dnum lo. tenen. ptatem, vel Judicem ad Judicem appellationis in casibus in quibus sit et eis licitum fuerit [illegible] alicuius statuti de libro maleficiorum, teneatur et debeat antequam per dictum dnum Judicem in dicta causa appellationis audiatur solvere Camerario dicti communis sol

uero pro qualibet libra [illegible] mat*s* uel estimationis grauaminis ingr
item grauat*us* recursum petierit q*uod* grauamen q*uo*d reductum no*n* esset ad quantitat*em*
compari debeat per d*omi*n*o*s Priores, qui pro tempore erunt & item ab eodem camer*ario* acci
pere apodissam solutionis predicte & eamdem producere coram dicto d*omi*no Judice
appellationis quando causa esset extimata: uel pateretur extimationem: Qui Jud*ex*
teneat & debeat dictam causam uel causas expedire & terminare secundum formam
statutor*um* app*ellatio*nis dicta sub pena: al*ia*s dictum appellantem audire no*n* debeat quoquomodo
sed intelligat currere sibi tempus Instantie, & culpa & defectu sui elapso termi
no Instantie app*ellatio*nis Appellatio producta sit et esse Intelligatur deserta, & Tenea
tur eadem pars q*uo*d in casu accusationis particularis persone procederetur ad in ter
est parti prouocate. ———

Q VOD DEBITORES CO*mmun*IS In Ciuilibus no*n* Audiantur

Q*uod* VOLUMUS Insuper & statuimus q*uod* o*mn*es & singuli Terrigene Terre castri
plebis atq*ue* etiam in ea habitantes, qui no*n* soluerent uel non soluisse reperirent*ur*
dat*ia*s & collectas tam impositas in ordinatis ter*mi*nis q*uod* etiam qui gabellam, membru*m*
aut introytum aliquem d*ict*i co*mmun*is per dominiu*m* locum tenen*tem* P*otesta*tem uel Judi
cem dicte Terre neq*ue* in agendo neq*ue* reconueniendo audiri quoquomodo possit,
ac ualeant sed tantum se defendendo: & predicta etiam uendicent sibi locu*m*
contra o*mn*es & singlos, quibus predicti no*n* soluentes uel aliquis eor*um* Jura & actio
nes cessissent, uel deinceps cederent: et q*uod* supradicti off*icia*les & quicumq*ue* alius
in d*ict*a Terra tales cessionarios & recept*us* d*ict*or*um* Jurium, seu obligatos Jure so
nor*um* uel nom*in*e debitor*um* quoad predicta, & pro exequtione Jurium predictor*um*
non possint quoquomodo etiam ei cedentes audiri aut etiam Intelligi, do
nec soluerint quantitat*em* soluendam pro predictis datijs, collectis prestantijs
gabellis, membris, uel introytibus dicti Co*mmun*is. & si secus factum fuerit proce
sus no*n* ualeat, nec teneat & careat roboris firmamento: et D*omi*n*u*s lo*cum* ten*ens*
P*otes*tas uel Judex incidant in penam quadrag*in*ta lib*rarum* per Sindicum in suo
sindicat*u* ad petitione*m* cuiuscumq*ue*, auferendar*um* ———

DE locis in quib*us* quis capi no*n* potest

Q*UIA* Domus, et Ecclesia, Tutissimum cuicumq*ue* debet esse re[f]ugiu*m*
receptaculu*m* Statuimus & ordinamus q*uod* nulla persona cuiuscumq*ue* st[atus]

aut conditionis existat, quoquomodo [illegible] personaliter detineri possit
pro aliquo debito singularium personarum uel cois in aliqua ecclesia uel cimiterio
alicuius ecclesie: aut etiam in schalis alicuius ecclesie dicte terre castri pleb.
nec in domo sive habitatione, nec in statione siue apotheca propria uel co
ducta in qua staret, ad laborandum. nec in palatio R.di dnorum priorum in hospita
li erectis, auctis, alicuius epi, aut etiam in ecclesijs et conuentibus quorumcumque
Religiosorum existentium, tam in terra quam extra: nec etiam in alijs locis die sab
bati quispiam pro debito predicto capi possit quando sabbatum predictum esset or
dinatum ad merchatum. Et si modo aliquo pro debito predicto caperetur in aliquo
dictorum locorum, captura nullum sortiatur effectum: et captus debeat relaxa
ri et in pristinam libertatem reduci nec pro alio debito alicuius alterius sui cre
ditoris possit personaliter detineri, aut in carceribus recomandari, usque quo ad pristi
num statum et locum unde deductus fuerit talis captus se reduxerit, seu commo
de reduci potuerit: et faciens aliquem debitorem in aliquo dictorum locorum et tem
pore studiose capi, puniatur nulla iuris ordine de facto in libris quattuor denar.
soluendorum in manibus camerarij dicti cois, qui pro tempore erit

DE Exequutione instrumentorum, sententiarum

et laudorum.

Statuimus et ordinamus quod quodlibet instrumentum publicum, uel publica ma
nu scriptum videlicet publici notarij inde rogati factum uel fiendum inter quas
cumque personas cuiuscumque transactionis uel conuentionis existat, in quo con
tinetur, uel continebitur uere uel presumptiue quod promissio facta fuerit: etiam si
fuerit instrumentum exemplatum iudicis autoritate et manu publici notarij
non obstantibus alijs solemnitatibus a iure requisitis. Item quelibet alia scrip
tura que per formam statutorum terre castri plebis habent uim instrumen
ti confessionati. Item sententia iudicis, lauda arbitrorum seu arbitratorum
quod de iure coi transiuisset in rem laudatam, uel ex forma presentium statutorum
testamenta, legata, codicilli, ultime uoluntates, donationes insinua
te per formam statutorum quod quilibet iudex uiso instrumento, uel alia aliqua
[illegible] scriptura in iudicio ex supradictis producta uel producenda ad petitio
[illegible] creditoris, heredis uel ius habentis cessum, uel habentis nomen obli

gatum

gati vel pignorati teneatur et debeat sub pena infrascripta ad exequtionem procedere summarie de plano sine strepitu et figura iudicii porrecto libello sive quali quali petitione contra debitorem, et debitoris debitorem vel etiam heredem probatione facta quod sit heres, ac etiam soluta debita gabella nisi essemus in casu quo ageretur ad exequtionem virtute instrumenti, dotis, legatorum ad pias causas, alimentorum vel laudorum descendentibus ex compromisso per iudicem ex forma statutorum in iudicio pronunciato et facto, aut etiam sententie que descendisset ex lite de qua solita gabella soluta est vel esset ipsum debitorem citet vel citari faciat secundum modum superius declaratum in titulo de citationibus quod veniat in termino per eum assignato, recepturus preceptum de stando in palatio Mag.ci D. Lo. Ten. Potestatis et sui iudicis, et in eo stet et non recedat sine licentia sui creditoris vel iudicis predicti, aut observet, solvat vel faciat id quod debet creditori vel eius heredi facta prius probatione quod talis sit, et si non venerit, vel venerit et nihil opposuerit contra instrumenta ut scripturas, cuius vigore fuerit citatus: et non steterit in palatio ad voluntatem creditoris sive creditoris creditoris, aut venerit et opposuerit aliquam exceptionem ex inferius declaratis. Et in termino eas non probaverit idem iudex concedat licentiam realem et personalem contra dictum debitorem eius heredem et successorem absque alia aliqua citatione pro contentis in dicto instrumento vel scripturis et pro expensis per iudicem legiptime taxandis contra quem debitorem fieri possit exequtio etiam diebus feriatis preterquam in honorem dei et capi personaliter: et in carceribus poni, et ab eis non relaxetur, nisi solverit debitum in licentia expressum aut etiam ipsi creditori placuerit: que licentia apponere debeat scripta et subscripta de manu dicti iudicis, et eius solito sigillo sigillata, directa aut ad exequutorem dictorum officialium, et ab exequtione instrumenti et aliarum scripturarum predictarum sive a pronunciatione quod talia instrumenta essent exequenda, vel a pronunciatione quod fieret super exceptionibus infrascriptis vel quod essent pura et liquida vel quod non exequenda non possit per quemquam appellari, reclamari, recurri, querelari, supplicari vel superioris officium implorari, aut etiam de nullitate dici, nisi nullitas allegantur proveniens ex defectu iurisditionis, iudicis iudicantis vel quod in procedendo ordo statutorum non fuerit observatus, vel processum esset contra minorem in defensum vel quod talis scriptura sive instrumentum non habeat solemnitates, aut etiam sint facta a personis preter et contra formam statutorum dicti Terrae et [illegible] preter supra dictas alias audiat sub pena infrascripta: Et si in permissis [illegible] fuerit admissus et non probaverit infra terminum, infra quem alie exe

Feriis non obstant.

probari opporteat, proponens incidat in penam uigintiquinque librarum: Et nihilominus executio predicta retardari quoquomodo nõ debeat: et si talis debitor contra quem licentia in contumaciã concessa fuerit, iterum citatus ad recipiendum tale preceptum nõ receperit uel nõ steterit in palatio ad uoluntatem sui creditoris eodem nec non cõi castri plebis pro uice qualibet in libras uigintiquinque, dummodo occasione unius executionis condemnari nõ possit, nisi ex quattuor preceptis ad beneplacitum termini dicti Judicis. Si uero pro tali condemnatione debitor captus fuerit relaxari nõ possit sine uoluntate creditoris: et eius qui fecerit eum condemnari nisi primo satisfecerit de contentis in licentia, de qua satisfactione constet per publicum instrumentum, et etiam condemnationem predictam. Si autem placuerit creditori uel creditori creditoris aut heredi et successori dicti habere Tenutam bonorum debitoris iuris uidendi cõcessa licentia per dictum Judicem mittatur per executorem et bayulum dicti communis in Tenuta tam bonorum mobilium quam immobilium, et contra eum procedatur eo ordine quo in rubrica de Tenuta concedenda et de eius executione: Contra quae omnia tam acceptionis Tenute, uenditionis uel adiudicationis in solutum, nihil dici, obici, uel opponi per aliquem possit etiam si esset facta contra minorem, per quem in integrum restitutio numquam postulari possit pena dicenti, opponenti, supplicanti, et restitutionem petenti uigintiquinque libras den. de facto per Judicem auferenda, si ad petitionem partis procedatur, siue ex officio. Et nihilominus quod diceretur uel opponeretur, nõ ualeat ipso iure, qua uenditione sic facta uel adiudicatione de bonis cuiuscumque debitoris in casibus predictis, iuris et statutorum remediis opportunis, statim Judex teneatur cogere debitorem, contra quem data fuerit Tenuta, uel uendita, uel in solutũ data eidem uenditioni, adiudicationi et in solutũ dationi cõsentire, et ipsam habere ratã et firmam sine strepitu et figura Judicii etiam de facto et precise. Si uero debitor, aut heres uel successor antedictus comparuerit et preceptum de stando in palatio receperit, debeat idoneum fideiussorem prestare qui sit de terra castri plebis et soluendo, quod de dicto palatio nõ recedet sub pena uigintiquinque librarum et quod promittat de suo soluere quantitatem in licentia contentam: et in dicto palatio aduoluntatem creditoris uel eius cuius instantiam concessa fuit licentia ibidem permaneat: Et si steterit in eodem loco per otto dies: et nõ soluerit aut etiam satisfecerit creditori possit contra eum exequi ad Tenutam de suis bonis accipiendam modo et [illegible] superius declarato, Ita quod una uia executionis electa aliã nõ impe

diat, sed possit Creditor ante tn̄ dationem et adiudicationem in solutum exclusive redire ad aliā uiam, uel aliū modum et utrumq; simul intentare coniunctim uel diuisim prout de Voluntate creditoris processerit, et hoc etiam Intelligat in Instrumētis in quibꝫ continetur promissio de conseruando quempiā indemnē: possit etiam creditor, uel Js ad cuius Instantiam talis licentia cōcessa est, dictum debitorem poni facere in Carceribꝫ et nihilo' aliam uiam exequtiuam intentare, ut superius dictum est, liceat tn̄ debitori infra mensem redimere dictam rem ab emptore restituto pretio eidem et expensis factis, et melioramentis, si quę essent facta: ad cuius Instantiam Judex teneatur emptorem infra dictum tempus de facto et precise reuendere: quo termino elapso nihil ut dictum est opponi possit: quando aut contra pupillum uel adultum ex causis predictis licentia concessa est, Tutores uel curatores cogi nō possint stare in palatio nec personalr̄ capi pro debitis eorꝫ. sed ubi pupillus uel adultus esset soluen. facta per eos fide Judici per propriū iuramentum absq; aliqua inquisitione nō habere pecuniam numeratā pupilli uel adulti, debeat dare Idem Judex licentiam ad petitionē creditoris tutori uel Curatori: de uendendo de bonis mobilibus uel immobilibꝫ pupilli uel adulti infra unū mensem: Et si in premissis fuerint negligentes et elapso dcō termino creditori nō satisfecerint cōtra ipsos unū uel plures cōcedi possit exequtio personalis capture in palatio detineri: in Carceribus includi ac si ueri, uel ueri, apparent debitores et q̄ ex causa predicta apparerent passi uel de suo soluisse pro dicto pupillo uel Adulto possint et ualeant actionē habere: et solutum et passum rehabere contra quas exequutiones Instrumentorꝫ confessionū, et laudorꝫ et aliarꝫ scripturarꝫ manu publici Notarij cōfectarꝫ possit opponi exceptio solutionis, termini prorogationis pacti de nō petendo, compensationis debiti puri et liquidi, falsitatis, usurarie, prauitatis, et nullam aliam etiam quę similitudinem haberet cum exceptionibus supradictis: nisi reperiretur permissum ex aliqua forma capti premissorꝫ statutorꝫ: quas exceptiones opponens uel unā ex eis debeat probasse, et probatam habuisse infra octo dies continuos utiles a die oppositionis eorꝫ. Et si suo proprio nomine uel procuratorio opponens infra terminū predictum nō probauerit incidat in penam lib. uig.ti quinq; pro qualibet exceptione nō probata et per Judicem pronunciata nō obstare: cuius penę medietas sit illius in cuius preiudiciū obiecta est, Altera uero communis Terre castri plebis: et exequutio statim fieri debeat, pena dupli per Judicem negligentem ipso facto incurren. et in sindicatu applicand.

Exceptiones pmisse

33 r

E

DE Præscriptione debiti

ADINAMUS, et statuendo dicimus quod si debitum de quo appareat Instrumentum, uel alia scriptura de contentis in principio R. de executione instrumentorum: uel etiam de quo non appareat Instrumentum, uel alia scriptura non fuerit infra uiginti annos a tempore quo cum effectu peti potuit uel a die interruptionis factæ non fuerit petitum coram dño lo. ten. potestate uel Judice, uel eorum curia: uel pars aliqua ipsius debiti non fuerit soluta, Illud debitum siue inter terrigenas, et terrigenas terræ castri plebis, siue inter terrigenas et habitantes, siue inter habitantem et habitantem postea non possit amplius peti et omnis obligatio, siue actio sit extincta: quod tempus uiginti annorum intelligatur esse continuum et currant etiam feriato tempore ad honorem dei: Non tamen hoc intelligatur quod prosit, aut patrocinetur alicui debitori, nec dicta prescriptio locum habeat in debitore principali qui debitum contraxit: et deinde occasione dicti debiti uel exbannimenti, aut alio modo se absentauerit, et absens fuerit à terra et comitatu castri plebis per dictum tempus uiginti annorum nec pro illo qui in terra predicta non potuit conueniri: nec etiam habeat locum in quibuscumque debitis dotalibus et Instrumentis factis super dotibus nec in debitis ex testamentis, siue codicillis. Item nec cursus dicti temporis preiudicare possit minoribus uiginti annis: contra quos ipso Jure non currat, sed ipsi minores in tempore quod currerent infra etatem predictam tantum seruentur illesi. Adijcientes ad declarationem predictorum quantum ad interruptionem prescriptionis dicti temporis faciendam solummodo Citatio una sufficiat.

DE Prescriptionibus Rerum Immobilium

QVICUMQUE de cetero bona fide possederit, seu possidebit aliquam rem immobilem spacio decem annorum inter presentes, et uiginti inter absentes per se et autores suos pacifice et quiete continuando possessionem Justam habeat prescriptionem et defensionem et intelligatur ipso Jure, et habeatur uerus dñs et possessor etiam titulo non obstenso et abinde in antea Idem possessor uel sui heredes non possint quoquomodo molestari, uel inquietari pro dicta re immobili possessa et continuata possessione sui precessoris pacifice et quiete dicto tempore et spatio decem annorum inter presentes: et uiginti inter absentes, non obstante aliqua dispositione municipali uel ciuili contrarium disponente: cui expresse

per presentes derogatu esse uolumus et declaramus.

Pro expresso habentes quod presens Statutum sibi locum nō uendicet in rebus uitiosis, aut ab initio male possessis: quo casu precessionis possessio cōiungi nō possit cum possessione successoris bonam fidem habentis: sed in hijs ius cōe seruetur.

DE Prescriptione operarum et compensatione earum.

SI QVIS In futurum quantitatem meruerit habere pro mercede cuiuscumque generis operarum et dictam quantitatem infra annum a debitoribus suis extraiudiciali, uel iudiciali nō petierit quod per legiptimos Testes probari possit elapso dicto Tempore de dicto eorum credito operarum predictorum per dominum Potestatem uel Iudicem nō possit audiri nec dictam quantitatem petere et si audiret in premissis quod exinde ordinatum extiterit per predictos nō ualeat nec Teneat ipso Iure. Verum quia multoties Debitores alicuius ipsi creditori petunt mercedem operarum sibi debitorum recusantes compensationem facere dicti crediti operarum cum debito facto occasione mercantie uel alia causa, allegantes beneficium feriarum ut nemo cum aliena Iactura locupletetur Statuimus quod unicuique liceat compensationem de credito suo cum debito cuiuscumque sibi petentis aliquid Tempore feriato in casu permisso uel permissis a statuto usque in quantitatem debiti sibi petiti nō obstantibus aliquibus ferijs, uel diebus feriatis dummodo nō introductis in honorem Dei.

DE contractibus factis a prodigo cui bonis est interdictum ab adulto, pupillo, uel filio familias.

STATVIMVS quod quelibet Confessio, Instrumentum, uel alia Scriptura in qua apparet promissum de confessione facienda factum uel facta a prodigho uel eo cui bonis fuerit interdictum, uel ab adulto minore uiginti annis sine licentia curatoris, uel a pupillo sine autoritate Tutoris, uel filio familias Cuiuscumque etatis sine patris consensu: Talis confessio et contractus nō ualeat, nec Teneat ipso iure. Si uero pater ipsius filij familias esset mente captus aut furiosus et cōsentire nō posset, et filius gereret negocia domus patris familias, Tunc omnis Contractus, obligatio, promissio, per talem filium facta plenam habeat [illegible] firmitatem. Si aut aliquis predictorum faciet aliquam promissionem, Confessionem uel obligationem contra dictam formam ipso Iure sit nulla, nisi interueniet in eis consensus personarum ei [illegible]

contium, etiam quod in Contractu filius familias se asseruerit emancipatum et hominem sui Juris: qui hoc probari non possit accreditum per publicum Instrumentum: et quod Adultus faceret contractum cum voluntate curatoris qui eum habuerit, et si non habuerit, cum voluntate duorum suorum consanguineorum: et quod filius familias contrahit cum patris licentia id faciat vel sine licentia patris. Si esset Mercator, Negociator vel aliquam artem exerceret: nam eo casu possit contrahere, et se obligare in pertinentibus ad dictum off[iciu]m. et contra obligationem promissionem vel contractum, nihil possit per quemque dici, vel opponi: et in eo quod per talem filium familias esset contractum compellatur pater respondere pro filio qui viveret ad unam mensam in eadem domo cum patre usque ad quantitatem que Ipsi filio contingere posset, sive legipt. in bonis patris habitorum. respectu ad Tempus Contractus per filium celebrati. et quantitas soluta eo modo possit poni per fratres dicti filij in rata sibi contingenti de successione patris, nisi in tali contractu appareat patrem declarasse Illis qui cum filio vellet contrahere, ne contrahant, vel etiam pater de predictis fuerit ignorans et nescius patre contractus talis celebrati. In quibus casibus patres ex contractu filij nullatenus obligari volumus et intendimus.

Quod nullus emat Aliena Jura vel Actiones contra Terrigenas Castri Plebis

INSUPER, Statuimus quod nulla persona de terra castri plebis, vel habitator in ea, vel sui districtus audeat vel presumat emere aliqua Jura sive actiones aliquas contra aliquem de Castro plebis aut habitatorem eius vel sui districtus alicuius debiti sive quantitatis pecunie, sive alterius rei, ad quam vel quas Idem de dicta terra vel habitator ut supra appareret obligatus per publicum Instrumentum sub pena vigintiquinque librarum de facto applicandarum Camere dicti communis: et nihilominus dicta Jura et Actiones habeantur pro non cessis: et Ille cessionarius predictus, cui actiones cesse erant agere non possit et agendo non audiatur quoquo modo et predicta locum habeant in preteritis pendentibus, et non decisis presentibus et futuris.

De Venditione Simulata revocanda.

SI QUIS vendiderit alicui aliquam possessionem et eiusdem possessionis Venditor probabit per duos vel plures Testes quando questio verteretur dictam possessionem pignoratitiam, vel venditionem non puram aut quis modo simulatam

facta probatione huiusmodi Teneat^r dns locum tenens, potestas, uel Iudex sine strepitu et figura Iudicij huiusmodi possess: venditori restitui facere per emptorem pro eodem pretio, quo dictus uenditor habuit ab eodem, nō obstante instrumento celebrato de venditione predicta: Et dns lo. Ten. ptas, et Iudex predicti, pr dicta faciant obseruari: et si in premissis fuerint negligentes soluat quilibet eorum pene nomine libras uigintiquinque per sindicatores in sindicatu auferendas. /.

Quod nulla promissio, uel obligatio per uim uel per metum facta ualeat

STATVIMVS q quicumque repertus fuerit fecisse aliquam promissionem uel contractum alicui per uim aut metum, uel ex eius causa q talis promittens, seu obligans nō teneatur ad huiusmoi promiss. et obligationem q sequentur ex ea; et ille cui esset facta talis promissio, obligatio, seu stipulatio nec eius heredib de hijs nullum Ius, nullaque actio acquiratur: et ad defensionem et exceptionem huiusmoi obligantj sufficiat sola forma: qua probata talis promittens seu obligans totaliter absolutus intelligatur, non obstante aliqua lege contraria sup his disponente.

Quod Ius conductoris sit saluum rei que alienat^r seu locat^r durante tempore locationis. /.

Statuimus: Vendiderit uel quocumque modo alienauerit rem suam, quam qs haberet ad laboritium: aut etiam fructus rei locati uel ad coptimum concessit: Ius conductoris, laboratoris uel coptimatoris pro toto tempore sue conductionis sit saluum et integre reseruatum ipi conductori, nō obstante q in contractu uenditionis, alienationis uel cuiuscumque alterius concessionis non fuerit facta mentio Iuris laboratoris, conductoris uel coptimatoris: quibus autoritate presentis statuti in premissis saluum Ius esse intelligatur et reseruatum: Et predicta etiam locum habeant nō solum quando fieret rei uenditio, alienatio, permutatio, uel translatio de uno ad alium, sed etiā in eodem dno uel possessore qui, nō possit auferre Ius laboratoris, uel coptimatoris, seu conductoris sed etiam quando transferret ad alium laborati coptimatori uel aliam personam Ius suum, et etiam quando facta fuerit uenditio cum pacto de retro uendendo pro eodem pretio, et emptor esset laborator dicte rei, et in ea incepisset magieses uel culturam facere, quia pro illo anno sequeret

pisset laborare, etiam si retrouenderet tunc nõ possit dicto laboritio priuari. Addicientes quod si locator poterit seu fundi rustici uoluerit renunciare colono per titulo uel conductori, quod nõ uult amplius laboritum seu coptimum durare, et quod debeat talem renunciationem facere uz. si fuerit poter per totum mensem augusti, uel si fuerit fundus minoris quantitatis: uel etiam vinea teneatur et debeat renunciare infra mensem Nouembris. et si predicta temporibus dicto tempora respectiue facta nõ fuerint intelligatur tale coptimum et laboritum cum eisdem pactis et modis quibus factum fuerit, durare per annum i. per unam aliam recollectionem fructuum et aliis a laboritio priuari nõ possit, conductor, uel partiarium.

Quod nullus conducat alteri rem locatam prima locatione durante.

Statuimus et ordinamus quod si quis clericus, uel laicus, locauerit alicui aliquam rem, ad pensionem seu laboratice, ad coptimum ad certum tempus durante tempore dicte locationis nullus possit conducere rem locatam ab eo uel ab alio qui causam haberet ab eodem pro eo, uz. tempore quo durare debet prima locatio uel ad laboritium seu coptimum: et si aliquis conduxerit rem illam ut dictum est, talis conductio / receptio / locatio uel ad laboritium concessio nõ ualeat ipso iure. et potestas locum tenens, et quilibet eorum teneatur secundum conductorem, et illum qui secundo accepit ad laboritium de illa re expellere et dare primo conductori uel ei qui primo conduxit, uel ad laboritium accepit, ita quod in ea manu teneatur et stet usque ad finitum tempus; et predicta fiant, et executioni mandentur summarie de facto sine strepitu et figura iudicij statim facta fide de prima locatione uel concessione ad laboritium: Declarando predicta ut intelligantur ita demum procedere, si conductor: et ille qui ad laboritium accepit fidem et pacta seruauerit locatori et qui ad laboritium dedit: Et qui contra denotatam formam in presenti statuto locauerit, uel ad laboritium concesserit puniatur in libras uiginti quinque den. pro quolibet qua contrafactum fuerit.

Quod bona conductoris uel socij sint primo obligata domino uel soccio pro aliis

[S]tatuimus ... contraxerit cum aliquo suo soccio mediario, uel conductori alicuius

rei Qui debito sit gravatum heat ipse dns sive locator singula bona dicti socci mediarij, conductoris debitoris sui specialr obligata pro eorum credito et in eo sup dictis bonis creditoribus preferatur, no obstante q quis prior sint in tempore alicuius debitj contracti cum eo, uel instrumento uel alia obligatione etiam de talj hactenus per eum facta: que pro posterioribus et novissimis heantur, et pre dicta locum obtineant quoad fructus existentes perceptos et percipiendos in re et possessione locata, et etiam in bestijs et animalibus et alijs rebus locatis et in soccitam datis quocumque modo: In alijs autem bonis conductoris et alijs casibus ius ter uendicet sibi locum.

DE Fide danda libris rationum de Soccitis

LIBRIS Dnorum soccitorum fides detur et credatur modificationibus infrascriptis et non alr. Vz. q de anno in annum durante soccita dni predicti teneantur rationes saldare cum socijs eorum in presentia duorum testium, et alr dicto libro non credatur nisi soccius recessisset durante tempore soccite aut ex aliqua causa fuisset absens quibus casibus etiam no facta ratione ut dictum est libris dnorum soccitorum credatur: probata

et eodem modo credatur libris predictis ubi semel infra tempus soccite factum fuerit saldum quisa fuerit ratio dicte soccite coram duobus testibus, alias dictis libris nulla adhibeatur fides nisi per dominum rationes predicte legipte probarentur.

DE Bonis immobilibus no alien. uel Transferen. aliquo titulo in forensem uel no .... statuti

AD HOC ut quilibet pro suis bonis, rebus, et possessionibus, ordinaria et extraordinaria onera, datia, et collectas soluat imponenda per commune dicte terre castri plebis statuimus q nullus tam terrigena qz habitator et originalis dicte terre possit uendere, donare, permutare, cedere, uel alio tu°. transferre uel alienare aliquam rem immobilem allibratam uel allibrandam in catasto cois dicte terre in aliquem qui no sit alibratus in libro libre terre predicte nec alicui alij forensi uel alii persone pro eo, tacite uel expresse nec alia aliqua causa pro dali no adlibrato et no terrigene, nisi ille cui fieret adiudicatio infra decem dies post adiudicationem sibi factam legiptime, et per fideiussores idoneos satisdet coram dnis prioribus qui pro tempore erunt de soluendo omnes collectas factiones faciendas et onera imponenda per commune predictum alias dicta adiudicatio uel

comessio nõ ualeat ipõ iure nec alicui alij pro eo possit in solutum aliquem
dari occasione alicuius debiti contracti uel contrahendi per quemcumq; aliqua
ratione uel causa; Et si reciperet uel sibi daretur talis datio / receptio / uel
concessio nõ ualeat ipõ iure: Itaq ipsorum bonorum dominium uel possessio in alium
transferri nõ possit: et de predictis omnibus cuilibet possit esse Accusator: et
habeat quartam partem pene infrascripte. Si quis autem inuenietur contrafe
cisse in uendendo / donando / permutando, aut alio iure uel titulo transferendo
seu in solutum dando / uel concedendo / uel alienando res predcas que in dcõ comer
cio deuenit, ipõ iure et facto intelligatur esse et sit pleno iure dicti cois ca
stri Plebis: et teneatur dictus dñs lo. ten. ptãs, uel Iudex declarare oc=
casione predicta dictas res uenditas / donatas / permutatas / translatas in solutum
datas / uel alr alienatas, siue unã uel plures pleno iure spectare / et pertinere ad
coe predictum: et nihilominus talis contrafaciens incidat in penam quinquaginta
librarum: quam supdicti teneantur cogere facta tali declaratione de facto ad
ipam quantitatem soluendum: et predicta locum nõ habeant in ultimis uolu
tatibus, in quibus relinquerentur ad pias causas et quod nullus aduocatus nec alia
aliqua persona possit aliquid dicere / uel allegare contra presens Capitulum
et contenta in eo sub pena centũ librarum den. que auferri debeat de facto a
contrafaciente per supradcõs offiles uel alterum eorum: coram quo questio predicta
uerteretur, uel querimonia publice uel secrete proponeretur.

De debitis occasione pensionum / laboritij / coptami / famulatus / post tertiũ tempus nõ exigen

Vide s. fol. 34

Ad obuiandum Malitijs et fraudibus quibus locatores aduersus colonos, famuli contra dños quandoq; utuntur, Statuimus quod quicumq; in futurum locauerit ad pensionem / uel laboritum / uel ad coptimum aliquod predium urba num / uel rusticum uel aliam rem in terra uel Comitatu castri plebis consi stens, uel consistentem uel operas seu famulatum ad aliquod tempus alicui pro aliqua mercede promiserit quod transacto uno anno post quemlibet annum locationis predicte Ubi ad plures annos locatio facta fuisset uel si ad unum annum tantum, uel minus, tempus facta extiterit: post talem locationem finitam cuiuslibet anni, non possit nec ualeat, ab ipso pensionario / copti

matore, Colono, uel conductore, uigore talis locationis uel famulatus aliquid petere, aut quouismodo exigere: nisi de eo, quod pretendit sibi deberi uigore talis locationis siue promissionis pro preterito tempore habeat instrumentum manu publici notarij confectum. uel scripturam manu conductoris, in qua ue ipse colonus, uel coptimonius uel conductor ut patronus dicti famuli fateatur se restare debiterem uel etiam esse ipsius locatoris seu creditoris pro preterito tempore in aliqua quantitate uel rebus: et hoc quando debitor scit aut potest scribere ubi uero non potest aliam scripturam manu alterius saltem duobus testibus subscriptam uel nisi infra dictum tempus, uel annum post finitam locationem, uel lapsum cuiuslibet anni dicte locationis idem locator, uel creditor in iudicio ab ipso conductore, colono, uel pensionario, uel patrono petierit illud de quo pretendit non fuisse satisfactum pro preterito tempore: et de predicta petitione appareat apud acta notarij banchi. Declarantes quod ea que dicta sunt pro pensionibus, coptimonis, laboratoribus et famulis locum habeant in omnibus et per omnia in socciitis quorumcumque animalium finito tempore cuiuslibet soccite et transacto uno anno post finitam soccitam non possit dominus in soccitam debitum aliquod petere, nisi forma superius declarata in pensionibus, laboritijs coptimonis et famulis.

Quod donatio non ualeat nisi insinuata fuerit in Consilio generali

Item statuimus et ordinamus quod nulla donatio fiat summam xx florenorum excedens, uel fieri debeat uel possit, nisi fiat in presentia et cum deliberatione domini lo. ten. potestatis, uel iudicis, aut M. D. P. dicte terre castri plebis. Et si secus fieret talis donatio non ualeat: et donans rem donatam perdat que deueniat in communi et sit communis ipso facto.

Quando instrumenta deperdita reficiantur ad petitionem perdentis

Si quis perdiderit instrumentum publicum et illud refici petierit, faciat citari debitorem suum siue partem aduersam si uult aliquid opponere contra petita huiusmodi: et si pars aduersa non comparuerit et nihil opposuerit iuramento recepto a petente coram domino lo. ten. potestate uel iudice quod dictum instrumentum amiserit: et si quo tempore ad manus peruenerit creditoris debitori restituet cancellatum: et quod non petet

calumniose: Idem off.les uel alter ipsorum Notario qui dictum Instrumentum alias publicauerit precipiat quod creditori predicto petenti dictum Instrumentum reficiat et eidem restituat publicatum: quatenus notarius recordetur de substantia Instrumenti et de testibus habitis: et credito liquidato saltem per unum testem ultra Iuramentum petentis.

DE Abbreuiaturis et Prothocollis

STATVIMVS et ordinamus quod si in aliquibus Abreuiaturis, Prothocollis, contractibus et Instrumentis alicuius Notarij defuncti reperiretur ob defectum et culpam talis Notarij defuncti habere aliquem defectum: et careret Instrumentalibus substantialibus Instrumenti debitis et consuetis apponi in talibus instrumentis: propter quod uitiaretur tale Instrumentum et prothocollum: et ratione conueniens non sit: ut ob defectum talis notarij defuncti quod contrahentes aliquod damnum substineant, quod in talibus Instrumentis Prothocollis et Abreuiaturis solemnitate publici Instrumenti carentibus et defectum aliquem habentibus plena fides adhibeatur per off.les communis castri plebis: et executioni mandetur ac si in ipsis contineerentur: et scripte essent omnes debite solemnitates publici Instrumenti que in talibus Contractibus et Instrumentis requirerentur secundum formam Juris et contra dicta talia Instrumenta nec obici nec opponi possit occasione predicta: et si opponeretur non ualeat ullo modo, nec in eisdem audiatur.

DE Rogitis Notarijs Comissis

STATVIMVS quod Notarius, uel Notarij cui uel quibus commissa essent prothocolla, et Rogationes, uel scripture alicuius Notarij, mortui uel uiui per dominum Locumtenentem Potestatem uel Judicem Terre castri plebis nulla aliqua interueniente citatione eorum quorum interest teneantur et debeant extendere Instrumenta rogationum prothocollorum et scripturarum secundum modum et ordinem quem esset uel fuissent Rogationes prothocolla et scripture illius notarij mortui uel uiui et non mutare qualitatem uel rem quam continent in Redactione prothocolli et scripturarum cuiuslibet notarij artem notarie exercentis: et unicuique ex legiptimo impedimento liceat quibusuis notarijs uoluerit committere ad autenticandum prothocolla, rogationes, et scripturas: et contra ipsam commissionem non liceat aliquid opponi,

replicare: et in oppositis et replicatis nō audiatur quoquo modo.

De Refutatione facienda

Quicumque teneretur alicui in aliqua quantitate pecunie uel rei de qua satis
factum sit creditori teneatur dns lo. ten. potas et Judex fieri facere in
strumentum refutationis à creditore satisfacto eidem debitori: si per eumdē
fuerit petitum.

Quod Notarij Instrumenta restituant et Testa menta et legata notificent infra certum tempus.

Quilibet notarius teneatur et debeat reddere et restituere oīa in
strumenta de contractibus testamentis et quibuscumq; ultimis uoluntatibus et
aliis de quibus fuerit rogatus ab eo, petita per quemcumq; ad quem spectent
et in publicam formam reducere intra decem dies ad summū a die facte petitionis
restitutionis ipsorum quam unusquisq; ad quem spectaret facere possit in presentia
duorum testium dummodo per petentem nō steterit quominus soluat mercedem deo
Not.o debitam. Possit aūt dns lo. ten. potas et Judex dictum terminum minuere
augere, restringere, et prorogare pro libitu uoluntatis sue secundum qualitatem
scripturarum: Et si ea que repetuntur, requirunt celeritatem, quem terminum
quilibet supradictorum officialium statim facta petitione simpliciter sub pena quin
quaginta librarum statuere, et dare debeat ipsi not.o presenti uel monito,
Et si Not.s infra terminum sibi assignatum per Judicem non restituerit pro qualibet
uice in libras uiginti quinq; condemnetur prout ipsi Judici uidebitur. Et nihilominus
sub eadem pena Judex cogat not.m dictam scripturam tradere: Et si petens
scripturas non esset in concordia de salario et mercede, tunc debeat sibi
facere dare mercedem secundum formam statutorum taxatam: et eo casu
quo determinata nō esset, debeat idem Judex habito collegio trium legalium
et expertorum notariorum dicti terre uel in ea habitantium declarare, Cui taxa
tioni partes stare debeant sub dicta pena scripta. Instrumentum, uel pro
cessus haberetur quod esset subscriptus et autenticatus manu notarij asserentis
in dicta suscriptione se inde rogatum: licet processus instrumentum uel scrip
tura preter dictam subscriptionem scripta seu extracta fuerit alterius ma
nu de mandato dicti notarij et de eius mandato scriptus et extractus fuisse [illegible]
assertioni ipsius notarij quam facerit in ipsa subscriptione [illegible]
ra Instrumenti ualeat, et teneat ac si manu dicti not.ij rogati scripta [illegible]

38 v

et in publicam formam redactam.

De salario accipiendo de abbreviaturis, per Notarios Terre castri plebis

Statuimus, et ordinamus quod quilibet Not.s de Castro plebis accipiat et habeat infrascriptum salarium, et mercedem de abbreviaturis in Instrumentis et scripturis, et non plus sub pena vigintiquinque librarum pro quolibet et qualiber vice quod secus per eos factum fuisse reperiretur. Et In primis.

De Abbreviatura cuiuslibet contractus solvenda communiter pro qualibet parte pro medietate ubi contractus est cois, alias per eum pro quo facit — bl. 2.

Pro Prothocollo Testamenti a centum lib. infra — bl. 2.

A Centum libris supra usque ad ducentas — bl. 4.

Item a ducentis lib supra quantumcumque sit quantitas — bl. 6.

De Contractu publico venditionis, dotis, societatis et cuiuslibet alterius instrumenti a viginti quinque lib infra — bl. 12.

A vigintiquinque libris supra usque ad quinquaginta — bl. 20.

Item a quinquaginta lib supra usque ad centum — bl. 24.

Item a centum libris supra, accipere possit pro quolibet centinario — bl. 16.

De Testamento publico a vigintiquinque lib. infra — bl. 12

A vigintiquinque lib supra usque ad quinquaginta — bl. 20.

A quinquaginta lib. supra usque ad centum — bl. 24.

A centum lib supra usque ad ducentas lib. — bl. 40.

A ducentis lib supra usque ad trecentas — bl. 50.

A trecentis lib supra usque ad quingentas — s. 2.

A quingentis libris supra usque ad mille — s. 4.

A mille lib. supra quantumcumque sit quantitas pro quolibet floreno — s. 1.

[illegible] ab illis personis qui succedunt ab intestato de instrumentis super huiusmodi [illegible] a quinquaginta lib infra — bl. 20.

Inde vero supra quantacumque sit quantitas — bl. 2[illegible]

[illegible] autem predicta salaria accipiant idem Notarii qui rogabuntur nec ri[illegible] nuenerint instrumentum vel prothocollum et no publicauerint pro ri[illegible] tantum — bl. [illegible]

C. DE MERCEDE LO. TEN. Ptastis uel Iudicis, et Notarij Malefitiorum

INSUPER Statuimus et ordinamus quod dns lo. ten. ptois, uel Iudex terre castri Plebis non possint nec debeant cuiuscumque rei per eos celebrande solutionem aliquam accipere, preterquam in casibus inferius descriptis et declaratis sub pena .xxv. librarum pro quolibet et qualibet uice si secus factum per eos fuerit in Sindicatu auferenda. et primo.

Pro examinatione cuiuscumque testis examinati simpliciter.	bl	.2.
Examinati uero cum Interrogatorijs a parte producti.	bl	.3.
Cum Articulis et interrogatorijs	bl	.4.
In Causis autem criminalibus tam Iudex quam Notarius non possint accipere nisi pro processionibus	bl	.2.
pro qualibet actu tam in scriptis quam ore tenus	bl	.0.
Pro examinatione cuiuscumque testis ad offensam siue ad accusam simpliciter.	bl	.2.
Examinati uero cum Articulis et interrogatorijs a partibus productis uel altero tantum pro eis ad defensam tantum.	bl	.4.
Pro Copijs criminalium ad rationem cuiuscumque folij, et facies ipsius debeat habere uersus uiginti ad minus, et teneatur Notarius quibuscumque uolentibus absque solutione ostendere processus et omnem scripturam pro una uice tantum	bl	.1.
In Causis autem ciuilibus Idem officiales habere debeant pro qualibet sententia diffinitiua quando causa habuit Cognitionem a suma decem florenorum [illegible]	bl	.8.
A decem florenis supra usque ad quinquaginta	bl	.12.
A quinquaginta uero usque in quamcumque summam [illegible]	bl	.16.

Pro qualibet Confessione rei in Iudicio f[illegible]

Pro qualibet interlocutoria habente uim [illegible]

Pro qualibet pronuntia qua exequen[illegible]

Pro qualibet decreto [illegible]

Pro qualibet sigillatura scri[illegible]

Pro qualibet uiatico in terr[illegible]

Pro qualibet uiatico extra [illegible]

Ab uno miliari uero u[illegible]

Pro qualibet pronunt[illegible]

C. D[illegible]

Statutum ⁊ ordinatum extitit q barigellus siue exequutor supradictus
possit cognoscere ⁊ terminare Causas nõ transcendentes lib. decem den. summarie
de facto sine strepitu ⁊ figura Judicij sola facti ueritate inspecta. Jnquibus
causis hoc ordine procedatur q citato semel personaliter debitore seu bis domi
ipsius contumacia pro Confessione habeatur: possit tamen dictam Confessionem
reuocare ⁊ contumaciã purgare refectis expensis: Et si se nõ defenderet in
fra terminum adeo barigelli siue exequutore datum ulterius in dicta defensio
ne nõ audiatur: ⁊ ad soluendum quantitatem ⁊ rem petitam astringatur omni
no, et eo casu quo Citatus compareret ⁊ negaret, ⁊ aliter per actorem ~~negari~~ probari nõ
possit sit in arbitrio dicti barigelli siue exequutoris cui parti litigantium
uidebitur attenta qualitate litigantium qn partes inter se, nollent dare uel
referre Jusiurandum. Et predicta fieri debeant absq; alicuius solutione ci
pri. Et pro Cognitione uniuscuiusq; Cause et exequutione: etiam qn in
ea interueniret examinatio testium aut iuramentum, libros . 2 . satisfac
to tamen Creditore. Et si nõ fecerit incidat in penam uigintiquinq; lib.
pro quolibet, ⁊ qualibet uice ⁊ de predictis credatur uni testi fide digno — bl . 2

ITEM pro qualibet captura intus terram à decem florenis infra ———— bl . 2

A florenis uero decem supra in dicto loco ———— bl . 3.

PRO qualibet captura extra terram ab uno miliari infra ———— bl . 4.

A b uno miliari uero supra usq; ad Confinia ———— bl . 6.

PRO qu[...] intus terram ———— bl . 1.

PRO [...] extra terram ———— bl . 2

[...] exequacumq; cã nõ possit accipere sa[...]
[...] fuerit deputatum p D. lo. Ten. ⁊ Magcos D.

[...] pro exequutionibus tam perso
[...] ⁊ intus terram secundum or
[...] quolibet formulis sed qz placue
[...]

[...] causis ciuilibus retine
[...] ⁊ quolibet detento — ʒ 1.

[...] se rogare de aliquo
[...] fuerit nõ ualeat
[...] dici

ITEM

Item quidem barigellus uel executor uoluerit uel mandauerit quempiam pignorari, et inuenerit debitorem in iura qui allegauerit solutionem uelle facere idem talis nec capi, nec pignorari possit et habeat medietatem executionis illius secundum ordinem et modum supradictum: Nō possit idem barigellus uel executor cognoscere de suspectis de fugha occasione cuiuscumque quantitatis etiam minime, sed predicta ordinari debeant per officium Judicis manu notarij banci: neque etiam protestationes facere aut sequestrationes cuiuscumque quantitatis, neque alias executiones extra Judicis comissionem. scriptis manu notarij banci, sub pena uiginti quinque lib: quas executionis habere debeat pro qualibet executione quantacumque sit quantitatis bolonenos quattuor —— —— ß I. 4

De solutionibus fiendis in causis ciuilibus, Notarijs banci

Notarij autem deputati ad Ciuilia in bancho Juris, ac etiam in bancho Judicis appellationum In Terra castri Plebis nō possint, nec debeant aliquam solutionem de actis et actitatis per quemlibet eorum in causis accipere, nisi infra notatas summas sub pena uigintiquinque lib. pro qualibet et qualibet uice de facto per dnm. lo. Ten. Potestatem, uel Judicem exigendam, si liquido repertum fuerit contrafactum in aliquo infrascriptorum.

- Pro qualibet petitione in scriptis uel ore tenus —— —— —— ß I. 1
- Pro qualibet responsione, negatione uel confessione —— —— —— ʒ 1
- Pro qualibet contumacia —— —— —— ʒ 1
- Pro quolibet termino ad excipiendum, replicandum, triplicandum, et opponendum —— ʒ
- Pro productione articulorum pro termino dato ad probandum —— —— ß I.
- Pro examinatione cuiuscumque testis simplicis —— —— ß I.
- Pro examinatione testis cum articulis uel etiam interrogatorijs —— ß I. 4
- Pro qualibet sententia interloquutoria uel contestatione litis —— ß I. 1
- Pro comissione tenute —— —— ß I.
- Pro mandato procure apud acta —— —— ß I.
- Pro copia scripturarum pro qualibet carta —— ß I.
- Pro qualibet sententia in Ciuilibus —— ß
- Pro quolibet bonimento tenute ——
- Pro quolibet uiatico cum Judice, medietatem mercedis ipsius Judicis

Adiudicatione Tenute creditori
Licentia data creditori accipiendi eam — ff .2.
productione Instrumenti, seu aliarum scripturarum — ff .2.
qualibet pronuncia pronunciata quomodocumque — ff .1.
PRO quolibet actu non expresso in presenti ordine — ß .1.
PRO Immissione publici dictis scripturis copiandis per ipso publico tantum ultra ordinem cartharum — ß .1.
PRO ostensione processus cause ... vel Judicij ad Instantiam partis — ff .12.
PRO quolibet sequestro in scriptis — ff .4.
PRO actu et scriptura fienda ad Instantiam alterius ex comissione do. Pot. potestatis, vel Judicis contra aliquam personam — ff .2.
Item quando quis Iuraverit, et petierit aliquem suspectum et fughit corā do. Pot. potestate seu Judice pro illa scriptura in totum — ß .1.
— ff .2.

DE Pignoribus accipiendis per barigellum vel per baylum dicte Terre Castri plebis

STATVIMVS et ordinamus quod omnia et singula pignora mobilia que accipeerent per barillum, executorem, vel baylum cōis predicti deponantur penes massarium cōis, Que pignora sic exequuta possint ad instantiam creditoris elapsis quinque diebus contra ea hoc ordine procedi: videlicet quod ad dictam Instantiam Iudex debeat assignare Terminum trium dierum ad ea reluenda: quo termino acto si debitor ea nō redemerit pronuncietur per dominum potestatem vel Judicem subastari debere, quibus subastatis tribus diversis diebus plus offerenti concedantur, quarum solutiones factarum venditionum soluto creditori de sorte principali, expensisque curie: Reliquum reddi debeat debitori, et hoc quando datur copia supradictorum. Si vero supradicti, vel alter eorum absfuerint, Idem Massarius accipere debeat dictas quantitates et eas distribuere inter personas predictas. quando vero pretium redactum nō sufficeret, et pro creditore et pro expensis, Iterum capi debeant pignora, et contra ea procedi ordine predicto, si vero In reficiendis pignoribus mobilia vel semouentia in patrimonio debitoris non fuerint reperta Tunc et eo casu capi debeant In mobilia super quibus procedi debeat ordine suo loco declarato: Qui Massarius teneatur et debeat ad petitionem Cuiuscumque Interesse pretendentis factis

solutionibus et Curis, et creditori, eadem pignora restituere ac etiam omnium pignorum sibi consignatorum infra annum et in fine anni reddere rationem coram dno lo. Ten. potestate, vel Judice, et eo casu quo nollet aut nõ posset Teneatur ad emendam dicti pignoris arbitrio dni lo. Ten. potestatis vel Judicis nec nõ incidat in penam pro quolibet et qualibet vice in premissis contra facientem librorum decem in facto exigen. et credatur Juramento bayli de pignor sibi assignato.

De Nominatione fienda in Judicio

REALI Actione conventus si in prima Comparitione dixerit se nõie alterius possidere, nominando personam certam debeat persona nominata infra tres dies a die nominationis facte, facta prius notificatione ad instantiam partis per dominum lo. Ten. potestatem vel Judicem de tenore predictorum quo contumaciter existente vel etiam penitente, Convento nominante, mitti debeat actor in possessione rei petite; Si vero nominatus Comparuerit et Judicium supra se susceperit debeat a dicto Judicio nominans absolvi, et absque alio libello sive petitione ad ulteriora in dicta causa procedi: ac si libellus formatus fuisset, contra nominatum, contra quem procedi debeat suo loco declarato contra reum Comparentem

De his qui conveniri non possunt

QVICVMQVE nõ fuerit de Castro plebis, et in eadem Terra per plures annos videlicet tres nõ habitaverit non possit pro aliquo debito contracto extra castrum plebis vel eius districtus in eadem Terra in Jus vocari, suspectus dici, aut aliquo modo detineri, ad petitionem alterius forensis: nisi sit vacabundus et proprio domicilio carens: nam in dicto casu possit a forensi in dicta Terra in Jus vocari, suspectus dici, et detineri. Et si talis conventus allegaret se habere proprium domicilium et vellet Jurisdictionem Judicis Castri plebis declinare cogatur et cogi debeat aut iudicium suscipere in dicta Terra: aut idoneos dare fideiussores de Judicio sisti et Judicatum solvendo coram predictis lo. Ten. potestate, vel Judice.

De Advocatis et Procuratoribus dandis

STATVIMVS, et ordinamus quod quilibet qui movere voluerit ...

41v

seu litem civilem vel criminalem in Terra Castri Plebis possit habere unum advocatum, et unum procuratorem tantum pro qualibet causa: Et si Actor in principio iuraverit non posse habere unum Advocatum, et unum procuratorem, et nominaverit quem velit, Teneatur dns Lo. Ten. Ptas, et Iudex eidem concedere, et realiter cogere tam advocatum, quam procuratorem ad acceptandum dictum officium infra tertiam diem, postquam fuerit nominatus, et eodem modo reus procuratorem habere et advocatum debeat quos in actis nominet et describi faciat In prima comparitione sue citationis: et si non habuerit et iuraverit ut supra debeant Idem offiles eodem ordine in reo, quam in actore dictum est, advocatum et procuratorem ordinare: qui lo. Ten. potestas, vel Iudex si requisiti tam ab actore quam a reo advocatum et procuratorem non dederint, Incidant in penam vigintiquinque lib. In quam penam etiam intelligantur incidere tam advocati quam procuratores dati si acceptare noluerint officium cuilibet ipsorum in mictum.

Vacat. ~~Quod Nullus possit esse Procurator forensis. Contra personas Castri plebis~~

Nullus de Castro Plebis possit nec debeat esse procurator alicuius

De Feriis In causis Civilibus

Volumus, et statuentes ordinamus quod in Curijs dni Lo. Ten. Ptatis vel Iudicis aut etiam alterius offilis dicte Terre etiam Iudicis appellationum sint et esse debeant in Solemnitatibus festivitatibus et Temporibus infrascriptis ferie videlicet

Vigilia et in die Nativitatis dni nri Jesu cristi.
die sci Stephani prothomartiris
die sci Joannis apli et evangeliste.
die Sanctorum innocentium
die sci silvestri pape.
die Circumcisionis dni.
Epiphania dni.
omnibus diebus dominicalibus

In diebus ebdomade sce.
In Paschate resurrectionis cum octo diebus sequentibus.
In festo ascensionis dni.
In Paschate pentecostes cum quattuor dieb; sequentibus.
In festo Corporis christi.
In festo Conceptionis virginis Mariae
In festo Nativitatis beate mariae
In festo annunciationis beate mariae.
In festo presentationis ad Templum.
In festo purificationis beate Mariae
In festo visitationis beate mariae
In festo Assumptionis eiusdem.
In festo sci Joannis baptiste.
In festivitatibus omnium aplorum.
In festivitatibus quattuor evangelistarum
In festivitatibus quattuor doctorum ecclesie
In festivitatibus scorum Gervasii prothasii protectorum defensorum terre castri Plebis
In festo sce crucis de mense maij
In festo sci michaelis de mense septembris.
In festo Sancte marie magdalene.
In festivitate omnium sanctorum.
In omni die veneris.
In diebus rogationum de mane: sed de sero sedeatur.
In prima die quatragesime.
In die secunda novembris.
In die sci Sebastiani
In festo sci blasij,
In festo sci Joseph.
In festo sci bernardini
In festo sce anne matris virginis Mariae.
In festo decollationis sancti Johannis ba
In festo sci francisci
In festo sce chaterine cum die ance
In festo sce Lucie virginis et marti
In festo beati Jacobi

42v

etiam feriae in omnibus diebus ad utilitatem hominum ut Messium tempore et Vindemiarum, que tempora Judex una cum prioribus dictae terrae declarare debeant, et tempore, dilatare et diminuere eorum arbitrio pro ut congruum et opportunum in premissis uisum fuerit. Quas feriarum indictiones ita declaratas ponere debeant inter dies feriatos dicta tempora in computo dierum feriatorum quo uti debent Notarij bonis ut suo loco superius dictum est, declarantes quod dilationes et termini causarum pendentium concessi et assignati sint et esse intelligantur in dictis causis ciuilibus in eo statu, in quo erant ante inditionem dictarum feriarum predictarum. In quibus festiuitatibus et diebus fieri non possit aliquis actus ordinarius, preceptum, uel licentie commissio, nisi in confessionibus que fierent de partium uoluntate, nec exactio realis, uel personalis, pro aliquo debito, nisi ex licentijs que concederentur suspicione jurata, possit autem diebus feriatis non ad honorem dei fieri executio contra contumacem debitorem tam reali, quam personali, et sententiam executioni mandari ad petitionem creditoris, uel procuratoris ipsius, uel eius pro quo lata fuerit, alimenta decerni, recipi testes ad eternam rei memoriam, dari tutores et curatores minoribus, prodigis, furiosis, siue his quibus esset interdicta administratio bonorum, et in omnibus casibus in quibus appareret permissum ex forma alicuius statuti. In quibus omnibus et singulis casibus procedi possit, et processus, et acta, ac sententie ualeant, ac si facta essent tempore non feriato aliquo in contrarium faciente.

C. DE Compromissis

COMPROMISSUM. Item inter consanguineos, quam affines quomodocumque consideratos usque in tertium gradum de jure canonico inter se computando, et alias quascumque personas in quibuscumque causis faciend. presenti capitulo disponimus statuendum, et intelligatur esse causa, lis, questio, uel controuersia per porrectionem libelli, uel alicualis petitionis, et unicam citationem factam, nisi ... compromissum ... prohibitum per formam statutorum dictae terrae ... libet ergo lo... ...dex, adhibitus super predictis teneatur et debeat in proced... ...ordinem et modum infrascriptum obseruare ... stat... ...solutionis ipsi, nisi sit causa, que

talem solutionem nō desiderat, Teneatur quilibet dicor officialium ad instantiam actoris citari facere, reum personali, uel ad domum sue solite habitationis ad respondendum libello, siue petitioni, uel ad accipiendum Copiam, et opponendum contra quo contumaciter existente Judex statuat Terminum quinque dierum eidem nō absenti ad opponendum contra dictam petitionem: et sibi notificari facere, quo Termino elapso, si per eum Conuentum nihil oppositum fuerit procedat per Judicem ad dictum Compromissum, secundum formam infra annotatam. Si uero Reus per se uel alium comparuerit et exceptionem dilatoriam, uel declinatoriam opposuerit: ipsas exceptiones probare Teneatur infra octo dies inde sequentes: postquam Terminum si super premissis nil fuerit probatum, infra duos dies proximos sequentes in quocumque parte fuerit petitum Teneatur compromissum pronunciare, ac si dicte exceptiones reiecte fuerint. Possint tamen ad impediendum compromissum etiam opponi exceptio rei Judicate, exceptio prescriptionis per formam statutorum dicte Terre permisse, exceptio solutionis uel satisfactionis per publicum Instrumentum probanda. Exceptio quod quis nō debeat audiri secundum formam statutorum et litis pendentie quas etiam exceptiones probasse debeat opponens infra Terminum supradictum: quibus nō probatis ad compromissum predictum, Judex procedere forma inferius Tradita Declarando prius obstare, uel nō obstare exceptiones; et ita per suam sententiam diffinitiuam diffinire: quibus nō probatis, uel in Termino statuto reo nullis oppositis Teneatur: Idem Judex infra duos dies mandata legitima pronunciare si per procuratores causa ageretur et per petentem Compromissum causam compromittere: pronunciare, nec possit exceptiones predictas reseruare discutiendas per arbitros uel arbitratores pena iudicis uiginti quinque librarum: a qua pronunciatione per Judicem facta in Causis predictis, uel aliquo eorum, nō possit nec debeat per aliquam ipsarum partium modo aliquo directe uel indirecte reclamari, appellari recurri, de nullitate dici, opponi, etiam per uiam supplicationis et querelle nisi in causis in statuto de exequutione instrumentorum et appellans seu quoquomodo prouocans, nō audiatur immo incidat in penam ... a contrafaciente de facto auferendam. Et per Judicem ... aliqua ... tione coi castri phebis applicandam. Si autem pronunciatum fuerit ...

compromittendum a tali sententia uel pronumptia possit appellari de nullita
te dicj reclamari et recursum habere ad Judicem Competentem dicte Terre,
et si post pronunciatum compromissum pars conuenta se absentauerit, ex
nunc autoritate presentis Statuti ad petitionem petentis compromissi eliger
pro ea arbitrum, et arbitratorem, quem crediderit idoneum et sic cum parte po
ssit compromissum facere nomine dicto in effectum habeat ac si per ipsum
conuentum factum esset. Si uero pars petens compromissum se absentauerit,
et monita a Judice no comparuerit, Intelligatur fictione huius Statuti re
nunptiasse petitioni facte de compromisso; et Judex diffinitiue procedere de
beat, partibus uero presentibus Compromissum fieri debeat si ue lis, causa,
uel questio, fuerit inter Terrigenam et terrigenam, inter Terrigenam et forensem,
inter forensem et forensem, inter maiorem et minorem, inter minorem et mino
rem, pupillum uel pupillos, etiam si cum filijs familias, esset aliqua que
stio et peteretur ab aliqua partium litem compromitti: Et quando Tempus in co
promisso adiectum non est autoritate presentis statuti durare intelligatur
unum mensem inde sequentem. Si autem in dicto Tempore dicti arbi
tri uel arbitratores comparuerint coram Judice: et exposuerint no liquere
de Juribus partium, et petierint instantia prorogari: Possit Idem Judex
dictum Tempus prorogare per decem dies inde sequentes, et dicta prorogatio
notificari debeat partibus: Infra quem Terminum idem Arbitri uel Arbitra
tores per sententiam laudi uel arbitramenti concordem, uel litem predictam ter
minasse debeant, sub pena uigintiquinque librarum pro quolibet de facto soluenda.
Et quando in dicto Compromisso pena etiam no esset apposita inter partes uel
inter Judicem et partem, intelligatur et sit apposita ipso iure in quantitate du
centarum librarum et compromissum intelligatur factum cum dicta pena. Si uero
dicti arbitrj infra dictum Tempus fuerint discordes ad petitionem dictarum par
tium, Teneatur Judex dictos arbitros uel arbitratores antequam discedant de pala
tio realiter compellere, ipsum tertium elegisse: et de dicta coactione nullus Judex
possit sindicarj: et si casu infra dictum Tempus unus ex dictis arbitris mor
tuus fuerit, ad instantiam partis Teneatur Judex facere eligere alium uel
[illegible] loco dicti defuncti infra unum diem a die petitionis facte quo elapso,

elapso teneatur Judex eligere sub pena supradicta: et idem modus servetur si tertius mortuus fuerit. Non possit etiam compromissum fieri in Causis testamentorum codicillorum, legatorum, ultimarum voluntatum, donationum, nec ubi peteret executio instrumentorum: nec alicuius scripture que haberet vim instrumenti confessionati, nec ubi peteretur quem conservari indemnem, nec ubi esset causa vel comunis terre castri plebis, nec in casu quo actor reo, vel reus actori vellet iuramentum defferre super tota lite, quecumque sit, vel quacumque re, aut quantitate vel facto: Laudo autem dato per dictos arbitros vel arbitratores omnes sive tertium, sive duos ex eis, contra non possit vel debeat per aliquam partem quoquomodo opponi, appellari, reclamari, recursus haberi, reductio peti, nec integrum restitutio: Etiam si allegaret se minorem et enormiter lesum. Et si contra factum fuerit non valeat, nec teneat: Et nullus Judex quempiam ad predicta non audiat sub pena quinquaginta lib. pro quolibet, et qualibet vice, et possit gravari per sindicatorem in sindicatu. Habeatur autem tale laudum pro Sententia diffinitiva que transisset in rem Judicatam. Si vero inter se dicti arbitri varias sententias, lauda, et arbitramenta dederint, vel tulerint, stetur maiori parti, Si vero omnes inter se variaverint, stetur laudo per duas partes lato, cum quo Judex additus concordaverit perinde ac si per tres simul in concordia latum fuisset: Cause autem que per formam statuti summarissimam cognitionem et decisionem habent in Compromissum venire possint et compromissum peti non possit sed Judex, vel executor coram quibus extat cum talis causa ipsam diffiniat summarie et sine strepitu et figura Judicij per delationem sive relationem prout ipsi Judici videbitur In causis vero, in quibus aliqua lis, causa, vel questio, mota est coram aliquo Judice, vel non, esset mota, et partes vellent libera eorum voluntate facere compromissum liceat ipsis partibus compromissum facere de Jure et de facto vel de Jure tantum prout convenerint in personas presentes et acceptantes et non absentes ullo modo. Et in tali compromisso locum habeant omnia que in presenti Capitulo continentur, excepto quod terminus in huiusmodi compromisso libere voluntati intelligatur repositum, dummodo non ultra duos menses: et quod tales arbitri non laudando non cadant in penam: nec solvatur Cippus de re in compromisso deducta et possit dici nullum iniustum reductio, peti in integrum restitutio postulari intra tamen decem dies utiles a die lati laudi et notificationis facte

scripturam: postea uero nullo modo de elapso tempore decem dierum nihil in perpetuum possit dici sed autoritate presentis statuti transeat laudum in rem iudicatam et executioni mandetur, sicut sententia que transiuit in rem iudicatam et confessio legiptime in iudicio facta.

C. DE PROCVRATORIB. Religiosorum

ssionentur fratribus minoribus, ac etiam omnibus aliis conuentibus religiosorum unus bonus sindicus, siue procurator, qui interuenire debeat et in iudiciis et elemosinis percipiendis, et consequi legata in testamentis relicta conuentibus predictis, siue uni ipsorum: et si inuenerint post notificationem factam per notarios delegatis factis cogere et cogi facere heredes defuncti in personam uel rebus ad satisfaciendum predicta: et in his inueniendis autoritate presentis statuti habeant omnimodam potestatem et presertim ea que relicta sunt locis dictorum procuratorum post obitum alicuius uel quibus relictum est, usufructum in uita et postea ad conuentum eorum ex testatoris dispositione sunt deuenienda, quibus duobus casibus possint idem procuratores talem legatarium uel usufructuarium iuris remediis cogere inuentarium de dictis bonis facere, et predicta exequi debeant ad uoluntatem dictorum procuratorum. dominus lo. tenens potestas uel iudex super predictis petitus procedere sub pena, et ad penam viginti quinque librarum de suo salario minuendi tempore sindicatus eorum.

C. DE Bonis ecclesie, hospitalis, uel alicuius religionis occupatis redimendis

QVECVMQVE persona occupauit uel occupauerit per se uel alium aliquam possessionem rei immobilis alicuius ecclesie, uel hospitalis, uel alterius religionis teneatur et debeat ipsam possessionem dimittere liberam et expeditam et a nemine occupatam illi ecclesie, hospitali, uel loco religioso cui fuerit ablata uel occupata infra octo dies postquam bannitum fuerit per loca publica et solita dicte terre quod bannum dominus lo. ten. potestas uel iudex mittere teneantur in principio eorum regiminis pena in statutis contenta. Et quecumque persona occupans uel detines

 45r

posseſs. premiſſam nō restituerit infra terminum predictum illi ecclesie, hospitali, uel loco relligioso cui fuerit dicta possessio occupata soluat & soluere debeat lib. uigintiquinque den. ad quam penam tenenantur supra dicti offitiales soluere facere absque aliquo processu de facto: & nihilominus possessionem occupatam restitui faciant omnino: teneantur etiam et debeant idem offitiales ad petitionem cuiuscumque interesse pretendentis dictum bannum premittere & in premissis possint per uiam secreti accusatoris, et per inquisitionem procedere summarie de facto, sine strepitu & figura iudicij, et omnia relicta iudicia, et legata ecclesijs uel relligiosis personis uel ad pias causas factas mandentur contra heredes defunctorum et contra possessores bonorum suorum

DE Donationibus Simulatis

Si quis de terra castri plebis uel in ea habitans donauerit inter uiuos bona sua secundum ordinem iuris, et formam traditam suo loco in presenti libro et postea possederit bona donata, autoritate presentis statuti talis donatio presumatur & iudicari debeat fictitia & simulata, & uinculo iuramenti teneantur dominus locumtenens potestas, uel iudex, et quilibet eorum ipsam donationem ad petitionem cuiuscumque petentis cessari facere absque figura iudicij, nō obstante alicuius generis iuramento prestito super dicto contractu, quod per uim uel metum habeatur prestitum ac interpositum, nō obstante quod donator constituerit ea bona precario nomine ipsius qui donationem recepit possidere nisi talis donator reseruauerit sibi uel alteri ipsum fructum rei donate. et intelligatur presens prouisio in futuris donationibus tantum nisi tales donationes reperte fuerint insinuate in consilio communis dicte terre castri plebis, quae ualeant & teneantur & contra eas exceptio aliqua opponi nō possit

DE Mercatoribus et qualiter in Causis Mercantie procedi debeat

Statuimus et ordinamus quod de cetero in quibuscumque causis mercantie, et inter quoscumque mercatores uel inter unum mercatorem et alium nō mercatorem occasione alicuius mercantie summarie breuiter & de plano sine strepitu & figura iudicij & omni iuris solemnitate obmissa per dominum locumtenentem potestatem, uel iudicem dicte terre castri plebis procedatur, sola, pura & mera facti ueritate inspecta intelligendo quoad effectum et beneficium huius statuti des illos esse mercatores in terra castri plebis qui quotidie uel saltem ut plurimum pro maio[illegible] utuntur aliqua mercantia, uel arti[illegible] [illegible] in di[illegible]

districti, uel si matriculo habuerint, inter se fuerint matriculati in matricula artis supra descripte, alr pro mercatoribus nō heantur, nec Tractentur, Et si inter aliquos Mercatores, uel inter unū mercatorem ɿ alium nō mercatorem, questio uel differentia aliqua uerteretur, occasioni alicuius mercantie: Et Idem dñs Lo. Tenen. ptās, uel iudex si super dicta causa dubitaret seu diceret se dubitan', possit ɿ sibi liceat Tunc et eo casu eligere ɿ uocare unū uel duos de dcā Terra. c. p. uel in ea habitantes expertos ɿ practicos in simili mercantia, de qua et super qua questio, ɿ controuersia haberetur et esset discordia. ɿ cū eis habere Colloquiū et consiliū dummodo Electi nō sint suspecti alicui partium ipsorum. et ita consilio habito Idem offles ɿ quilibet eorum pronunptiet, sententiet ut sibi, et dictis electis ɿ uocatis Justū ac decens fore uidebitur.

C. DE Fide adhibenda libris mercatorum.

QUONIAM nō semper Mercatores, et Artifices Terre cast. p. utentes mercantiis ɿ Artibus in dcā Terra uendendo, uel emendo possunt secū habere Testes cum aliquid uendunt ad Credentiam uel alio modo uel emunt: et etiā quia confidunt de his cum quibus contrahunt uendendo, uel emendo, Volentes pro posse uolentibus ac malignis ueritatem suffocare per negationem ueritatis,

statuimus q libris omnium ɿ quorumcumq, mercatorum et Artificum utentium aliqua mercantiā ɿ aliqua arte publice in Terra castri plebis ɿ suo districtu, uel etiam matriculatorum matricula mercatorum et artis supra descripte, si in dicta Terra matricula predcā fuerit in Judicio ɿ extra Judiciū plena fides adhibeatur usq, in quātitatem florenorum duorum monete usualis, cum Juramento dcī mercatoris uel Artificis Jurantis uera esse que in dcō suo libro continentur maxime super quo lis ɿ questio uerteretur ɿ a dcā quantitate supra cum subscriptione debitoris qui debitor sit scribere, uel quando nescit scribere cum uno Teste subscribente nomine supradicti, uel etiā qui partita, uel partite cuiuscumq, qntitatis sint, probari possint adminicu unius Testis, qui sit omni exceptione maior Cum ūnto Jurā. mercatoris uel A[illegible] plena fides adhibeatur. ɿ dcī libri tam in Judicio, quam extra [illegible] in [illegible] plenam fidem faciat. ac si legiptī pro

baretur, ac probatū esset: nisi ex diverso excipere(tur) de indebito cōpensatione, aut solutione uel falsitate, et huius exceptiones probarentur per testes aut scripturā autenticam, quo casu dci libri in suis partitis sic confutatis nullam mereant(ur) exequutionem: sed petens indebitum uel falsō uel alio modo, puniatur pena c(apituli) loquentis de falso, seu de pena petentium indebitum ubi falsitas aberit.

De Sequestris, et Integginis

Possit Dn̄s Po(testas) Ten(eatur) P(otes)tas, et Judex super civilibus Causis cognoscens ad instantiam Creditoris seu creditorum ut debitores promptiores reddantur ad satisfaciendum creditoribus, et Creditores citius possint eorum creditum cōsequi comittere, et sequestrari facere de pecunia, bonis, et rebus alicuius debitoris qui immobilia nō possederit in Terra uel curia castri Plebis, quibus rebus sic sequestratis Teneatur idem creditor liquidare infra octo dies inde proxime sequentes: Creditum pro quod comisum extitit sequestrum intelligatur et sit nullum, super qua liquidatione Judex pronuntiare debeat Sequestrum tale tenere uel nō tenere, prout de Jure erit: Quo termino elapso uirtute p(rese)ntis Statuti tale sequestrum intelligatur et sit nullum. Si uero pronuntiatum fuerit ualere et deinde creditor Juris ordine pro summa, pro qua sequestrum fieri fecit sententiam obtinuerit uel etiam absque sequestro quispiam creditorum pro exequutione sententie sequestrū fecerit, Teneatur Idem Judex ad Instantiam creditoris citare eum cui sequestrum factum est, et comparere debeat infra terminū trium dierum ad consignandum sequestrum ipsi creditori: et si in dicto termino nō comparuerit, uel comparuerit, et nō consignauerit, tunc assignetur eidem terminus quatuor dierum, qui terminus absenti notificari debeat ad soluendum dictum sequestrum si fuerit in pecunia, uel ad consignandam rem sequestratam quo termino elapso si idem repertus fuerit inobediens uirtute p(rese)ntis statuti intelligatur, et sit concessa licentia exequutionis contra ipsam rem sequestratam detinentem pro contentis in exequutione Cuius vigore factum extitit sequestrum. Sed si infra dictum Terminum comparuerit et sequestrum cōsignauerit, non molestetur ulterius: Et si sequestrum fuerit factum in alia re quam in pecunia, in dicto casu prout de Termino procedi debeat facta super rebus mobilibus, et immobilibus, observando terminos et modos de quibus ibi. Et super dictis causis Idem Creditor Teneatur instrumentum refutationis facere; adeo quod de cetero maior dicti debiti nō possit quouis modo molestari: Et nullus offi(cia)lis audeat uel presumat contra ex causis predictis ad Instantiam principalis debitoris audire sed cred(itoris)

denegare, sub pena uigintiquinque librarum. contra autem possidentes bona immobilia in terra et curia castri plebis, uel etiam multa mobilia, que de facili portari non possunt sequestrum concedi non possit, et concessum nullius momenti esse uirtute presentis statuti intelligatur: Quod sequestrum in casibus a presenti statuto permissum ad instantiam interesse pretendentis reuocari possit et debeat dato ydoneo fideiussore de stando iuri, et iudicatum soluendo cum ea persona ad cuius instantiam sequestrum tale factum fuerit: et in premissis Iudex procedere debeat quando de reuocatione uel nullitate tractatur summarie de facto et etiam tempore feriato dummodo non in honorem dei quo tempore etiam dicta sequestra fieri possint

De testamentis, et aliis ultimis uoluntatibus

Si quis de iure habilis ad testandum uoluerit condere testamentum quod sine scriptis de iure dicitur, siquidem patrimonium suum erit ualoris uel extimationis quinquaginta florenorum usualis monete possit tale testamentum condere coram notario et tribus aliis idoneis testibus: si uero patrimonium suum erit extimationis centum florenorum et infra usque ad suprapositum numerum possit, et sibi licitum sit testamentum ordinare coram notario et quinque testibus: a dicta uero summa supra necessario autoritate presentis statuti requiratur septem testes una cum notario rogatis. Nihilominus et qui rogati presumantur et ipso quod in eodem testamento a notario descripto repperiuntur exceptis testamentis per patrem inter filios confectis. In quibus tantum duo testes desiderari uolumus, et hoc quando in terra uel comitatu castri plebis nullus timor aut suspicio pestis extiterit, quando uero idem timor subest uel suberit possint testamenta condi coram notario et tribus testibus omni exceptione maioribus: et tale testamentum sic confectum ualeat pleno iure, et roboris obtineat firmitatem. Ubi autem quis uoluerit uel codicillos uel aliam ultimam uoluntatem conficere non ualeat nec teneat quod actum fuerit nisi in huiusmodi uoluntate interuenerint testes quinque, et alias testamenta codicilli et alie ultime uoluntates confecti uel confecte nullo modo ualeant et notarius teneatur sub pena uiginti quinque librarum ipso facto incurrendarum apponere nomina testium patris eorum, ac etiam cognomina etiam quibus nuncupatur uulgariter, ut in eisdem uoluntatibus falsitati obuietur, et uoluntas testantium

sint aliqua fraude clare apparere possit.

De Successionibus ab intestato et quod Mulier dotata vel dotanda non succedat.

Authoritate et [...] publice interest ut ordinum dignitas, familiarumque, salva sit Statuimus
ut nulla mulier dotata, vel ut infra dotanda in bonis paternis, maternis vel
fraternis, aut etiam avitis vel alicui ascendenti, descendenti, vel ex transversali
linea descendenti non succedat, nec in hereditate alicuius eorum etiam quod non esset
dotata ab eo de cuius hereditate agitur si tantum ab uno ex supra enume-
ratis in bonis uniuscuiusque eorum recursum aliquod non habeat nec aliquid petere
possit super bonis ex hereditate predictis occasione legitime vel supplementi ipsius
aut alia quacumque causa si filij masculi descendentes ex patre, matre, ex utroque
latere vel ex uno tantum extiterint, aut etiam eius de cuius hereditate agitur
a quibus successionibus predicta mulier excludatur non solum per dictos fratres
eiusdem mulieris sed etiam per filios et heredes masculos descendentes ex fra-
tribus predictis aut uno eorum, a quibus successionibus etiam filij et descendentes
ex ea muliere dotata vel ut infra dotanda usque in infinitum succedere non possint
patri, matri, fratri, vel etiam patruis talis mulieris dotate, sed a successione ipsorum
et uniuscuiusque eorum omni modo repellantur salvis pactis factis ante constitutio-
nem dotis ipsius mulieris, salvis etiam dispositis in testamentis legatis, et donatio-
nibus licitum etiam sit eidem mulieri dotate cum ad paupertatem devenerit,
redire ad domum paternam vel maternam, dummodo operetur in ea et faciat po-
sse suo utilia et licita. Si quis autem decesserit ab intestato relictis post se
filijs masculis, et una vel pluribus feminis nulla constitutione dotis facta ta-
les filie vel filia dotari debeant iuxta vires patrimonij, consuetudinem, vel di-
gnitatem domus per fratrem vel fratres si legitime erunt etatis, et si minores ex-
titerint per duos ex proximioribus patris dictarum filiarum vel filie de qua dotis
constitutione nulla dictarum filiarum possit aliquid dicere vel reclamare, sed ta-
cite et contente permaneant, ac si a patre, vel Matre, predictis dotate fuissent
et in reliquo nullo modo in hereditate paterna vel materna, aut fraterna
vel etiam patruorum possint succedere, aut ad successionem alicuius eorum quoquo-
modo attentare, venire si ut supra dictum est masculus aliquis eisdem super-
vixerit, aut alicui ipsorum. Si vero quis decesserit filiabus dotatis relictis
aliquibus autem non dotatis, tales filie una, vel plures dotate, collatis dotib[us]

suis cum alijs filiabus nõ dotatis pro equa portione succedant; nisi pr̃ earũ Testamento suo, uel in alia ultima Voluntate alr̃ disposuerit. Si uero sdc̃s pater decesserit pluribus filiabus super existentibus nõ dotatis, uel alr̃ Testamento, aut etiam ultima uoluntate nõ ordinatis nullo masculo, in his duobus ex pn̄sis casibus extante pariter ad paternam aut etiam maternam successionem uenire ualeant nõ obstantibus in premissis aliquibus legibus, uel statutis, cõtrariũ disponentibus.

DE Vltimis voluntatibus obseruandis per filias, uel Neptes.

FILIÆ, uł Neptes. alicuius cogantur per dñum .lo. Ten. Ætatem uel sine diem inuiolabiliter obseruare Testamentum, et quãlibet ultimam uoluntatem pr̃is, uel aui, aut etiam, matris, et cuiuslibet predictorũ ita q plus petere uel habere non possint, quam fuerit eis relictum iure institutionis dotis uel alio quocumq titulo ab aliquo ex supradictis quousq superuiuant filij masculi, uel aliquis descendens per lineam masculinam ex pr̃e uel auo: et Nullus officialis ex supradcĩs audiat aliquam mulierẽ petẽtem ultra q sibi relictum sit uel datũ pro dote, à pr̃e uel auo aut matre, aliquo masculo ex predcĩs super existente: sed dictum Testamentum, aut etiam ultima Voluntas nõ obstante q in eo, uel ea nõ contineatur quod reliquerit iure institutionis ualeat et teneat: et contra ipm̃ uel ipsam nõ possit aliquid dici, obijci, uel opponi, aliquo in contrariũ nõ obstante, sed quicquid relictum uel datum fuerit, secum trahat ueram institutionem.

QVOD Mater non succedat in bonis filiorũ ab Intestato

SI QVA Mater habuerit filios uel filias unũ uel plures qui uel quę bona mobilia uel immobilia, aut Iura et actiones habuerint, aut quomodocumq ad eos uel eas peruenerint nõ possit ab intestato directe uel per obliquum in bonis eorũ aut alicuius eorũ Talis mater succedere: sed in eis succedat liberi, aut hijs non obstantibus proximiores agnati dictis filijs sic decedentibus.

tibus.

tibus usq; in tertium gradum de iur ciuili preterq; in leg.ma eidem matri de
bita, In bonis dcorum filiorum unius uel plurium si mater nō transiuerit ad secun
da vota: Si aūt ad secunda vota transiuerit post successionem filiorum unius
uel plurium et legiptim ut dictum est fuerit ex bonis predictis consequuta re
stituere teneatur dcis id quod perceperit ultra dictam legiptimam ex hereditati fi
liorum filiorum uel precedentium coniunctorum usq; ad dictum gradum inclusiue per
lineam paternam testamento aūt per dcos filios unum uel plures facto co
dicillis aut donationibus, si quid fuerit consequuta absq; aliqua diminutione ha
beat et ad libitum disponat non obstantibus quibuscumq; superius preordinatis.

C. DE Filijs spurijs et parte per partem relinquen. i.

Statuimus et Ordinamus nō obstante aliqua lege canonica, ciuili, uel
municipali que in contrarium loqueretur, aut loqui reperiretur, qd homines dce terre
castri Plebis uel in ea habitantes qui haberent filios spurios uel naturales uel alios
quouis coitu procreatos, et filios uel filias naturales, uel etiam nepotes ex filijs uel
filiabus tempore mortis eorum qd possint idem patres eisdem filijs naturalibus de
bonis suis relinquere et dare in testamentis, donationibus, et codicillis seu alia qua
cumq; ultima uoluntate et quolibet cōtractu, aut etiam heredes instituere in dimi dia
parte bonorum suorum, et non ultra: quam partem dictis modis possint idem filij con
sequi autoritate pntis legis et perinde habeant ac si esset capacibus relicta et data
Ita qd ab eisdem, ut ab indignis auferri nō possint ab aliquo legiptimo successore
aut a fischo dce terre uel alia persona, que dici aut excogitari possit ex qua
cumq; causa: feminis aūt naturalibus uel spurijs, seu alio coitu procreatis pos=
sint pres dotem dare, Et si legiptimi et naturales extarent, quibus filijs legipti
mis et naturalibus extantibus, possint pres predictis filijs naturalibus uel spurijs,
uel aliquo alio coitu procreatis alimenta relinquere et concedere: feminis uero
nomine dotis quod congruum fuerit: Et si idem naturales tantum cum filijs legiptis
et naturalibus in domo stare nō possent, possit idem pater certum quid relinquere
prout sibi uisum fuerit dummode nō excedat duodecimā partem hereditatis. Tenea
tur dns lo. ten. potestas uel iudex, et quilibet eorum contra predcos filios uel par
tem eis relictam uenire tentantem de iure seu de facto punire et condemnare
in lib. quadringentis den. et ipam condemnationem et penam exigere pro coi
dicte terre castri Plebis.

C. DE Parte dotis applican...

MULIER Nupta decesserit nõ relictis ex ea et viro suo liberis masculis vel feminis eodem viro vivente, habeat et lucretur idem vir tertiam partem dotis sue quam perceperit in bonis mobilibus vel immobilibus extimatis vel nõ extimatis: Si vero talis mulier extra terram Castri plebis et eius districtus matrimonium contraxerit cum aliquo de dicta Terra vel in ea habitante et in eundem locum venerit, et cum marito steterit, et decesserit filiabus vel filijs non existentibus et nõ relictis habeat et lucretur vir eius superviviens medietatem dotis quam receperit in bonis mobilibus vel immobilibus extimatis vel nõ exti matis: et in electione viri in quocumque casu stet restituere pro portione dicta bona vel extimatione eorum, etiam quod dicta bona nõ sint in districtu dicte terre castri plebis, et predicta locum habeant si matrimonium consumatum fuerit per carnalem copulam uxoris cum marito et nõ aliter.

DE Donationibus factis inter virum et uxorem

SI INTER Virum et Uxorem fuerit celebratus cõtractus cuiuscumque generis vel nominis nuncupatus, sive per unum ipsorum alteri persone eius nomine, ita ut emolumentum ad alterum devenire possit, excepto contractu dotis aut eius augumenti nõ valeat, neque teneat non obstante iuramento in eodem opposito, quod per vim et metum extortum intelligatur in casu predicto: Possint autem creditores recurrere adversus bona sic alienata salva dote et augumento ipsius dotis si facta esse reperiatur iuxta mensuram dotis et augumenti predicti, Ita ut creditor possit se indemnem de bonis viri vel uxoris per contractum alienatis se conservare: Et dominus locumtenens Potestas, vel Iudex: et quilibet eorum teneatur ipsum contractum et instrumentum sic celebratum cassari et irritari facere ad petitionem illius qui interesse pretendit, Exceptio autem predicta opponi nõ possit nisi per illum qui fecit instrumentum patrem vel filium aut alium ad quem spectaret comodum dicti contractus, vel alienationis, si contractus vel alienatio nõ esset celebratus vel celebrata. Possit autem idem vir moriens in testamento suo relinquere uxori sue predicte quae voluerit: et e contra nõ obstantibus supradictis et dispositas in eodem valeant, et teneant pleno iure et auctoritate presentis statuti: et mandari debeant ad petitionem [illegible] VD. vel eius heredum nulla aliqua legis dispositione obstante [illegible] hoc casu tantum derogatum esse intendimus.

Quod prius agatur contra maritu(m) p(ro) Do(tibus) restituen(dis) q(uam) in bonis hypotecatis Mulieris

STATUIMUS & ordinamus q(uod) priusquã possit agi contra aliquem emptorẽ alicuius rei hypotecate pro dotibus alicuius mulieris que fuerit uxor alicuius habitantis uel non in Terra castri plebis uel eius districtu debeat agi contra dictum suum maritum uel eius heredes in foro in quo est: et facere solemnem discussionẽ suorum bonorum deinde & non prius agi possit contra bonorum possessores eidem mulieri obligatorum, al(iter) audiri non possit contrauemens & predicta locum habeant in presentib(us) non decisis & futuris.

De consignatione dotis mulieris

SI QUA Mulier contra virum egerit in casu a Iure permisso ut eius dos consignetur & collocetur super bonis viri Talis consignatio fiat & fieri debeat lata sententia per Iudicem: Que consignatio debeat fieri per duos homines eligendos per creditores mariti si sunt p(rese)ntes alias per priores dicte Terre qui pro tempore erunt super bonis predictis secundum extimationem dictorum hominum. Si uero aliqua mulier concurrentib(us) uno uel pluribus creditoribus & contra eã agentibus uel agere uolentibus comparuerit coram Iudice & Instrumentum sue dotis uel augumenti dotis in publicam formam produxerit Teneatur idem Iudex uinculo Iuramenti & ad penam uigintiquinq(ue) librarum omnem causam creditorum suspendere & in suspenso retinere donec & quousq(ue) de Iure eiusdem mulieris cognitum fuerit contra quos unum uel plures ex prisce mulier predicta prior tempore apparet, & Iure & vita causas suspensas finire.

De tempore et modo dotis restituende

OMNIA Instrumenta dotalia viris habeant confessionum & executioni mandentur ut dictum est sub R(ubri)ca de executione Instrumentorum, & predicta locum habeant in omnib(us) instrumentis dotalibus & in refutationib(us) dotium, et in casibus in quibus est locus restitutioni earum. Itaq(ue) adueniente casu dotis restituende si dos est in quantitate dicta dos peti nõ possit ante annum dum tamen semp(er) heredes viri interim alimentent mulierem predictam. Si uero dos in immobilib(us) consistit, statim post mortem mariti ad uoluntatem dicte mulieris restitui debeat & pro rata fructum, si qui essent in dictis rebus tam mulieri q(uam) heredib(us) [illegible]

debeat per dominum lo. Ten. potestatem, uel Iudicem, qui in dicta causa aditus fuerit
Et si quis de cetero disponsauerit aliquam uxorem, et dotem seu promissionem do
tis receperit, et dicta uxor ante mortem viri sine liberis decesserit apud uirum
seu sponsum, ut alias dictum est, ob lucrativa de lucro dotis, remaneat et remanere
debeat tertia pars dotis recepte uel ius petendi tertiam partem dotis promi
sse uel spei dotis, que revocabilis sit viri seu sponsi saluo instrumento pro
missionis, restitutionis dotis, in quo apponeret facta promissio de restituendo do
tem totam et integram

De Alimentis per virum uxori prestandis
Si culpa sua recesserit

Nullus Maritus deinceps audeat uel presumat sine iusta et rationa
bili causa uxorem suam a se expellere et si secus factum fuerit Dominus lo.
Ten. potestas, uel Iudex teneatur in continenti secrete inquirere ex officio
a vicinis mariti et uxoris cuius eorum culpa recesserit. et si inuenerit
saltem per publicam famam vicinij, quod culpa mariti recesserit, teneatur
cogere ipsum ad voluntatem uxoris alimenta preteriti temporis et futuri
ubi eadem habitauerit prestare qui tamen ipsi et communibus filijs si quos secum
habuerit sufficientia prestentur dummodo marito predicto sit integre satisfactum
de dote: et si uxor expulsa habuerit dotem suam in pecunia uel rebus mobili
bus cogatur idem Maritus ad dandum singulis annis pro alimentis prout
eidem Iudici congruum uisum fuerit sive in quantitate, sive in rebus: si uero
habuerit dotem suam in rebus inmobilibus, cogatur idem maritus pati ipsam uti,
frui dictis rebus et possessionibus cogendo laboratores coptimatos, colonos et inqui
linos ad respondendum de fructibus et pensionibus uxori, et non marito: et co
gere eundem maritum ad faciendum plenam refutationem talibus laboratoribus
coptimatis uel inquilinis et hoc omni iuris remedio, idem officiales facere debet,
et quod factum fuerit per eos contra dictum Maritum non ualeant sindicari
communiri uel grauari, et si maritum predictum habere non possent aucto
ritate presentis statuti valeat refutatio per talem mulierem, ac si facta esse-
per maritum: quibus fructibus eidem uxori solutis non teneatur uir ad aliud
pro alimentis predictis: et si eadem mulier non auderet petere alimenta predicta
a marito ex quacumque causa, statuimus quod ad petitionem dicte uxoris compellatur

Maritus per unum quemq dictorum officialium ad dandum idoneum fideiussorem, qui se obliget, ad dandum annuatim dicta alimenta in festo omnium sanctorum, quousq seorsum dicta uxor ab eo steterit: et si matrimonium predictum fuerit absq dote Teneatur Idem dns lo. ten. Ptas, uel Judex, arbitrio eorum Considerata qualitate et conditione Mariti et uxoris determinare quantitatem alimentorum et ad soluendum cogere absq aliqua Judicij ordinatione et compromissi petitione quo Casu fieri non possit nec petens audiatur: et Idem obseruetur in omnibus recipientibus et retinentibus dotem mulieris expulse.

C. DE Conseruatione dotium consignatarum et defensione Rerum Venditarum

TENEATUR DNS. lo. ten. Ptas, Judex, Priores, Commune, et Totum Consilium dicte Terre Castri Plebis conseruare et conseruari facere omnes et singulas Tenutas datas et uenditas in solutum dationes factas creditoribus auctoritate Curie castri Plebis, Consignationes, et collocationes factas mulieribus de bonis uiri pro dotibus suis et iuxta mensuram sue dotis, ac etiam omnes uenditiones factas per Creditores cuiuscumque et in quibuscumque rebus et bonis auctoritate predicta defendere in quolibet casu predictorum nulla exceptione iuris uel facti obstante.

C. DE Prouisione R. P. et specialium personarum

Volentes, ut par est, indemnitati R. P. Terre Castri Plebis et specialium personarum dicte Terre prouidere statuimus quod si aliquis uel aliqua persona de castro Plebis uel eius Jurisdictione minor uiginti quinq annis intrauerit aliquam relligionem, uel intrare uoluerit in aliquem ordinem, et ibidem permanserit, uel decesserit, uel se obtulerit alicui relligioni una cum bonis suis exprimendo uel non exprimendo et ita alienauerit alicui loco relligioso uel fratri loci relligiosi quecumq bona sua particulariter, uel uniuersaliter Tempore obligationis uel ingressus aut ante uel post, quod omnia et singula bona talis ingredientis, uel offerentis aut alienantis Tempore predicti ingressus obligationis uel alienationis sint et esse debeant pleno iure sine aliqua diminutione illius uel illarum personarum que successure erant uel essent ab intestato ingredienti uel se offerenti uel alienanti bona premissa ac si ante Ingressum uel alienationem, aut obligationem decessisset sine liberis ab intestato: Talis Ingrediens uel se offerens, aut alienans modo predicto non obstante

aut s. igressu
Ced. a crevs ad
eule.

aliqua alienatione uel concessione facta de bonis in totum uel in partem in quamcumque religionem uel aliquem nomine dicti loci per quotcumque manus transiuerit uel transiuit talis alienatio uel concessio. Quam alienationem uel concessionem uolumus et firmiter ordinamus, ex nunc prout ex tunc fore cassam et inutilem et nullam omnimodam fore auctoritate presentis capituli: Ad cuius corroborationem et hoc addimus, quod si alienatio premissorum bonorum uel concessio particulariter uel uniuersaliter recipiens per se uel alium molestaret modo aliquo, uel ingenio, palam uel occulte, de iure, uel de facto, directe uel indirecte personam uel personas super dictis bonis successuram uel successuras ab intestato tali ingredienti uel offerenti, ut premissum est, quod omnis et singula premissio et omnes, et singule elemosine ordinate, uel ordinande per statuta uel reformationes consilij dicti Castri plebis predictorum religioni, uel loco religioso, seu collegio religiosorum quocumque nomine debita et concessa ex nunc sit cassa, et inutilis et inanis et nullo modo habeatur aut peti possit aliqua ratione uel causa: Et dominus locum tenens. potestas et Iudex, Priores et Consiliarij predicti, et quilibet eorum teneantur uinculo iuramenti omnia et singula in hoc statuto contenta precise seruare, non obstante alicui predictorum statuto uel reformatione aut ordinamento dicti Communis facto aut faciendo: Cui uolumus totaliter derogatum auctoritate presentis statuti.

Et ordinamus quod in quolibet anno in posterum fiant, celebrentur, et ordinentur.

DE Tutoribus et Curatoribus dandis: et Decretis interponendis.

STATVIMVS quod dominus locumtenens Potestas et Iudex teneantur dare tutelas, curas ratas habere, et concedere adoptiones et emancipationes cuicumque petenti de dicta terra Castri plebis et eius districtus. et interponere suam et dicti Communis auctoritatem: atque decretum non solum predictis, uerum et uenditionibus seu permi…

Et unus quisq; supradictorum officialium Teneatur cogere Tutores et Curatores ad Jurandum infra octo dies, postq; fuerit petitum: Teneantur insuper et debeant Idem officiales et quilibet eorum ad petitionem Cuiuscumq; petentis sub virtute prestiti Juramenti et ad penam viginti quinq; librorum Retinendorum de suo salario per Camerarium dicti cois facere solemnem inquisitionem in principio sui officij per Testamenta defunctorum et modis omnibus quibus poterit per se uel alium contra oes et singulas Tutores Testamentario legiptimos et daticios alicuius qui dicti pupilli uel pupillorum Tutelam no susceperint, neq; Juraverint et ipos cogere realr et personalr Tutelam suscipere Jurare et eam bona fide agere et administrare: nisi dcs Tutor uel Tutores legiptimam defensionem probaverint et quicumq; de Castro plebis impediret et prohibent, uel vetaret, alicui Tutori uel tutrici alicuius pupilli, uel pupillorum, tutelam suscipere, gerere uel administrare per se uel alium condemnetur per supradcos offles in libras ducentas den. Et quicumq; offenderet aliquem Tutorem uel tutricem alicuius Tutele occasione geste per eum, uel eam condemnetur in dupl. eius quod condemnaretur si offenderet alium de castro plebis, et ad probationem predictorum sufficiat dictum Tutorem uel Tutricem cum Juramento uno Teste de visu, uel quattuor de fama. Et in premissis omnibus Casibus Idem officiales Teneantur et debeant Tutores et Curatores predictos super bonis pupillorum et adultorum Inventarium Cogi facere et fideiussorem dari unum uel plures arbitrio eorum considerata qualitate patrimonij administrandi.

De ratione reddenda per Tutores et Curatores.

Teneatur et debeat dnis lo. Ten. Ples, uel Judex una cum prioribus qui pro Tempore erunt eligere Tres bonos homines salario Cois, una cum uno Notario qui condignam mercedem de scripturis conficiendis petere ac recipere possit: qui sic electi Teneantur semel in anno omnes Tutores et curatores de dicto Castro plebis examinare, requirere, et eos cogere ut reddant administrationis sue sive suorum pupillorum uel adultorum de his qui gesserint: Et si se no representaverint et Justam rationem reddiderint, pro qualibet uice qua a predcis fuerint petiti, incidant in penam decem sol. pro quolibet et qualibet uice, ad quam de facto absq; aliquo processu astringi debeant: qua exacta in utilitatem dicti Cois Convertatur. et nihilominus ad dictam rationem reddendam modis omnibus compellantur: Et si opus est in Carceribus detrudantur. Quorum Trium officium duret per annum, nec possit eligi qui Tutor uel curator esset, et in eo casu quo invenerint prefatos Tutores et curatores male administrasse eorum Tutelam uel curam, debeant eos removere, et privare a dca Tutela et cura, et alium una cum

dño Po. Ten. Potestate, uel Judice ponere loco sui quem idoneum Judicauerint: Et si ille Institutus allegaret aliquam exceptionem, qua media ueniret excusandus possint ponere si poterit Inueniri, reliquis sum. Quas rationes Idem homines Teneantur scribi facere manu publice persone: ⁊ introitus ⁊ expen. dictorum pupillorum ⁊ adultorum. Si uero in dcã Terra castri plebis, aut eius districtus esset aliquis nõ sane mentis Teneat Idem. d. l. T. potestas, uel Judex, et priores dare duos Tutores, uel Curatores, sicut ætas requirit de proximioribus suis cõsanguineis, qui sic creati Teneantur ad ea omnia que sancita sunt superius per alios Tutores ⁊ Curatores. Si aut fuerit assignatus aliquis prodigus per quattuor suos Consanguineos, qui eo casu pro prodigo habeatur Teneantur predicti ad eorum petitionem assignare duos cõsanguineos in curatores: sine quibus nullum Contractum aut obligationem faciat Et qui Contrahendo cũ eo cõtrafecerit sine licentia Curatorum incidant in pena uiginti quinque librarum denariorum: Et contractus qui fieret pro nullo habeatur: et autoritate presentis statuti dolo initus habeatur. Possint aut Idem Examinatores quem inuenerint male administrasse in restitutione de eo quod male gesserit condenare: et e contra bene gessisse inuentos absoluere. Adijcientes etiam huic capitulo quod oẽs administratores, licet Tutores, uel Curatores nõ fuerint neque sint, ad omnia Teneantur, que diximus teneri Tutores et curatores ueri: Si quis aut fuerit Tutor Testamentarius uel datiuus et nõ repperiatur administrasse bona pupillorum auctoritate presentis statuti sit ipso Jure absolutus ab administratione Dummodo Res ⁊ bona pupillorum deteriorata, aut in qua uis parte diminuta nõ sint

De Refutatione facienda per Creditorem debitori

Quicumque inuentus fuerit habere actionem aliquid contra quemquam dci c. plebis, aut in eo habitantem pro aliqua pecunie quantitate ex aliquo Contractu uel alio quocumque modo, Teneatur habita solutione de illa re uel quantitate debita facere contractum liberationis, finis, et refutationis de illa re uel quantitate soluta: Et si Creditor infra Tertium diem infra quem ad Instantiam debitoris per Judicem fuerit assignatum predictum Instrumentum nõ fecerit incidat in penam lib. decem; et nihilominus per Judicem modis omnibus cõpellatur ad dictum Instrumentum refutationis Celebrandum: et eo casu quo

plures eſsent debitores, et uni facta fuerit generalis quietatio, teneatur ille qui
talem refutationem receperit dare copiam condebitoribus suis: Et potestas
uel iudex iuris remediis teneatur cogere eum ad predicta.

DE Alienatione duobus facta eiusdem Rei

[Q]UIS Vendiderit, donauerit, uel quoquo modo alienauerit aliquas poseſsiones
et postmodum ipsas alteri uendiderit, uel donauerit aut alienauerit, ille cui facta
est aut erit ultima uenditio uel alienatio si pacifice per duos annos poſsederit
talem poseſsionem et partes fructus perceperit sine contraditione illius qui primo ta-
lem uenditionem, donationem, uel alienationem receperit, preferatur. Idem poſseſsor primo
non obstante quod in Instrumento prime alienationis fuerit apposita clausula constituti
uel precarii.

DE Instrumentis Cambii et alie Monete

[U]BICUMQUE QUIS Teneretur ad debitum ex tenore alicuius contractus, scripti
promiſsionis uel alterius cuiuscumque obligationis, in quibus certa quantitas denariorum
aut monete contineretur que deberetur creditori, Illa sola moneta debeatur et peti poſ-
sit pro pretio et loco pretii que apparet in contractu, scripta, promiſsione, uel obligatio-
nibus predictis et que a debitoribus recepta eſse probaretur: Et potestas et iudex
et quilibet eorum teneantur precise obseruare et obseruari facere predicta ad petitionem
cuiuscumque debitoris petentis. Et idem dicimus de debitoribus, tutoribus et curato-
ribus nisi in solutionibus celebrandis fuerit commiſsa mora, aut dolus quoquo modo
in quibus omnibus plenariam potestatem attribuimus iudici predicto ut arbitrio suo in pre-
miſsis cognoscere poſsit et ualeat. — IIII —

Tauola della mercede del bargello o uero Caualierj o altro Exe
quutore facta ordinata et declarata in uolgar parllare per il
Mag.co et Generoso Caualieri aureato, et doctore dell'una e l'altra
Ragioni m. Augustino Recupero d'Arezzo al pnte lo. Ten.
per Mons.or R.mo di Tronj In castel.o della pieue: et per li
Mag.ci S.or pri & Cypriano Casella, et Gilio di nofrio, et
per li spect.li hominj, acio da deo S.or lo. Ten. e dej S.or priorj
chiamatj secodo la forma del conseglio maggiore, cio e, M. fra
c.o britij: M. Berto bandinj: Thomasio di & catalucio: Gas
parrj dellagata: Ceruasio di orlando: Roberto melosio: Cencio
di cocco: Agnolo di luca: Pier franc.o Thauorio: et
Raffaelle benitij: Correctorj e Reformatorj sopra il br publico.

N Prima per la cognitioni delle cause, quali cognoscessi esso bargello o ca
ualiere, per ogni qualunche cognitioni, petitioni, iuramento, examina di Testi
monij, et exequutioni computando ogni cosa debba hauere per sua mercede
bolognini dua: et piu no possa dimandare. qual mercede debba hauere
dummodo il creditore effectualmente sia satisfacto — bl. 2

It. per qualunche captura ciuile nella Terra di Castel della pieue da
doi fiorinj ingiu debba hauere bolognini dua — bl. 2

It. da fiorinj dieci sopra debba hauere bolognini tre — bl. 3

It. per qualunche captura fuor della Terra infra un miglio blnj quattro bl. 4

It. da un miglio sopra fino alli confinj bolognini sej — bl. 6

It. per qualunche pegno per causa ciuile ciuile dentro la terra bolognini
uno — bl. 1

It. per ciascu peg.o per causa ciuili fuor dela Terra bolognini dua — bl. 2

It. per causa de debiti di comune di causa ciuile, o causa di datij o
altre imposti dentro la Terra di Castel della pieue per fino alla quanti
ta di doi carlinj di debito debba hauere soldi uno — s. 1

Dala quantitate di doi carlinj sopra per qualunche quantita debba
hauere bolognini uno — bl. 1

It. per dui debitj di comune fuor della Terra debbia hauere la sopra

dea mercede duppliata: le quali mercedi sopra dee s'intendino tanto delle exequutioni personali quanto delle exequutioni reali: cio è fino alla quantita di doi carlini soldi doi ———— ß — 2

Da doi carlini in su per qualunch quantita bolognini doi ———— b — 2

Item per le exequutioni di cause criminali debba havere grossi uno per fiorino, declarando che dei officiali nõ debbino havere mercede alcuna di exequutioni facte inanzi la sententia data, ancora che di tal maleficio fussi facta compositione: declarando ancora che di poi la sententia data si fussi facta compositione inanzi la exequutione facta, similmente nõ debbino havere alcuna mercede ma essa mercede di un grosso per fiorino, si intenda haverla quando la exequutione sarà facta di poi la sententia data, inanti però che sia facta compositione ———— b — 4

Item per la detentione delle cause civili in le carcere o in palazzo secondo la diversita delle qualita delle persone debba havere soldi uno il di: declarando che il di s'intenda integro naturale. Et si minor tempo durasse dea detentione, nõ debba havere dea mercede ———— ß — 1

Item quando occurrisse che alcuno incarcerato o per causa civile o criminale fussi governato da essi officiali debba havere per occasione del victo quella quantita di denari, quale sarà taxata per li S.ri priori quali per li tempi saranno, et piu nõ possa dimandarsi.

Item che dei officiali nõ si possino rogare di alcuno contracto di causa civile. —

Item che per le capture di suspitione di fuga per lor mercede debbino havere bolognini quattro, declarando la cognitione di essa suspitione di fuga appartenersi alle officiale superiore: et procedere li acti dalli notarij della camera del civile ———— b — 4

Lecti in Arce Terre et plebis [illegible] 7 decemb. 1538 et scripti in p.nti libro per me Julium Pallastrini Arretinum ad p.ns Camerarium nec nõ ludi mag.r dicte Terre

33 v

In Dei nomine Amen.

Incipit liber tertius in ordine statutorum terre castri pleb(is) q(ui) de maleficiis inscribitur. 3.

Quomodo procedatur in maleficiis et de citatione eorum

Quicumque uel per uiam accusationis siue querele siue denumptie
aut etiam Inquisitionis fuerit per Curiam dni Lo. Ten. Potestatis uel
Judicis processatus, Citari debeat hoc modo quod Idem accusatus, querelatus, denu
ciatus, uel inquisitus citetur per cedulam Tenorem inquisitionis accusationis querele seu
denumptie continentem personaliter si inueniri poterit uel etiam ad domum sue solite ha
bitationis et in dicta cedula Citationis assignetur eidem Terminus trium dierum proxime
tunc sequentium ad comparendum et respondendum, Qui citatus modo predicto si in dicto
Termino non comparuerit iterum simili modo citari debeat, et pro secunda Citatione
eidem Citato Terminus duorum dierum assignetur. Qui si in dicto Termino non Comparue
rit exbanniatur modo inferius declarando a Terra et districtu castri pleb(is). Et
si dictus citatus domum aut habitationem non habuerit in dicta Terra Castri ple
bis uel eius districtu et non habitauerit Citetur et citari debeat per cedulam
simili modo Tenorem processus continentem, que cera affigi debeat in pede schalarum
palatij residentie dni Potestatis, et in pariete dicti palatij et eidem assignari debe
ant Termini supradicti saluo ~~infrascripto~~ Capitulo de homicidio: et ueniat ad respondendum
processui contra eum facto. qui si non uenerit in Terminis supra sibi assignatis Lo.
Ten. Potestas, uel Judex teneantur ipsum citatum exbanniri facere in ea quanti
tate in qua ex forma statuti de illo maleficio loquentis, et deinde eum Condem
nare ac si fuisset maleficium confessus. In quo quidem banno assignetur et assignari
debeat Term[illegible] dierum: et notifi[illegible] debeat eidem Citato et person[illegible]
[illegible] per ced[illegible] [illegible] si in dicto Termino [illegible]
paruerit, [illegible] 56

56 v

admittatur ad dictum responsionem faciendam, ac si bannitus nō esset, dummodo in dicta comparitione producat apodissam manu Camerarij dicti cois In qua appareat qualr idem Citatus et exbannitus soluit pro pena banni sol decem quando quantitas in banno posita esset in libris quinquaginta et infra, si uero cuiuscumque quantitatis solidos uiginti, cuius pene predictos intelligatur esse cois castri plebis, alia uero cuiue procedentis ad predicta prestito idonis fide iussore de stando Juri: et iudicatum soluen. qui prestori debeat etiam a quolibet comparente in prima uel secunda Citatione ante exbannimentum assignando eidem Terminum quattuor dierum ad oem eius defensam faciendam et si postmo dum post responsionem factam absentauerit itaque non ueniat ad mandata offi cialium supradctorum aut alterius eorum occasione dicti processus quandocumque citatus fuerit personaliter uel ad domum quilibet dcorum officialium possit et debeat exbannire, et in banno poni facere et demum condemnare perinde ac si nunquam comparuisset: Et si quis accusauerit aliquem de aliquo malefitio et Jurauerit absente accusato, quod illud Juramentum ualeat et teneat nō obstante absentia accusati: et si accusatus comparuerit et cum iuramento respōderit accuse facte, querele uel Inquisitioni ille contra quem facta esset, absente accusatore uel illo qui petit inquisitionem fieri simili Juramentum Tale ua leat et pleno Jure Teneat: et Responsio facta tam in Confitendo quam in negādo ac si accusator querellans uel denumptians et contra id aliquid obiici uel op poni de Jure uel de facto non possit. Si uero quis predictorum exbannitorum uel aliquis exbannitus pro malefitio uenerit ad Terram castri plebis uel in districtu ipsius intrauerit Teneatur locu Tenens, potestas uel Judex talem sic exbannitum cōdemnare in lib. uigintiquinque pro quolibet die quo repertus esset, in dictis locis: et dictam condemnationem pro communi exigere contra quos tam per uiam accusationis quam inquisitionis procedi possit. Si aut aliquis fuerit ex bannitus cois predci: et postmodum accusatus fuerit de nouo, uel inquisitus de aliquo malefitio et uoluerit uenire ad se excusandum, Dns locu Ten. potestas et Judex ob empta licentia a consilio sapientum debeant securitatem concedere ueniendi ad suam excusationem faciendam, dummodo in remissione predca Idonee satisdet de [illegible] condemnationem, [illegible] natus fuerit de [illegible] et satisdatio [illegible] et dco c[illegible] confirmo [illegible]

Infra quantum tempus possit cognosci de maleficiis

STATUIMUS quod DNS Po. Ten. POTESTAS, uel IUDEX. nõ possit cognoscere, procedere super malleficijs commissis et perpetratis nisi a sex mensibus infra consideratis ab initio sui officij, sed de mallefitijs a sex mensibus citra ante initium regiminis eorum cognoscere, procedere, condemnationem et absolutionem facere possit prout iuris erit, siue per uiam Inquisitionis procedatur siue denumptie, accusationis, uel querele. Et eo casu quo de malleficijs ultra dictum tempus procederet commissis nõ ualeat nec teneat processus: qui occasione predictam celebraretur: Et nihilominus quilibet eorum incidat in penam uiginti quinque librarum pro quolibet et qualibet uice, Exceptis furtis, robbarijs, incendijs, homicidijs, seductionibus proditionibus que committerentur contra comune castri plebis, et omnibus alijs maleficijs, que principaliter cõmitterentur contra comune predictum: de quibus cognosci possit etiam si comissa forent per decem annos ante: Exceptis etiam criminibus falsorum Instrumentorum et aliarum scripturarum et alijs falsitatibus: Possint idem etiam officiales cognoscere de illis de quibus fuerit inceptum cognosci uel procedi per suum antecessorem, siue per uiam accusationis, siue Inquisitionis, denumptie uel querele: Et quando accideret super accusatione ratione ineptitudinis accusationis uel inhabilitatis persone accusatoris fuerit pronunciatum nõ fore procedendum intelligatur perpetua Iurisdictio sequentis proxime successoris.

DE Denumptiationibus

AD HOC ut Homines et persone uillarum Comitatus Terre C. P. sub Iustitia conseruentur: et ut delinquentes penam delictorum nõ euadant, Statuimus quod quilibet Sinticus, cuiuslibet uille Comitatus Terre castri Plebis Teneatur omnia maleficia que cõmitterentur in eorum uillis denunciare dño Po. Ten. Potestati, uel Iudici infra [illegible] dies, a die malefitij cõmissi, et in denumptiatione predicta dare debeat tres [illegible] uel plures, si tot interuenerint qui probare possint dictum maleficium con[illegible] sub pena uigintiquinque lib. den. pro quolibet, et qualibet uice in qua repertus [illegible] Sintiens. Qui denumptiare debeant omnes et singulas robbarias, Spoliationes [illegible]tiones liberorum hominum et mulierum, homicidia, percussiones [illegible] [illegible] generis armorum, ac etiam omnes blasphemantes deum uel beat[illegible] [illegible] Turpia dicendo de eis: Et si dictus Sintius repertu[illegible] [illegible] remissionem pro aliqua malleficio ut nõ de[illegible]
[illegible]

57

54 v

qui mallefitium diceret commisisse secundum formam statuti dicti loci. Et si ex forma predcā pena non pecuniaria, sed personalis esset soluat et soluere debeat lib. centum den. Et talis promissio nō ualeat, nec teneat ipso iure et de premissis omnibus per curiam D. lo. Ten. et ptatis Inquiri possit. Verum quia multoties malleficia comissa tempore aliquorum sindicorum ignorantur commissa que tamen tempore successorum apparent. Statuimus quod dicti olim sindici nō obstante expiratione eorum officij teneantur et debeant dicta malleficia postquam uenerint in notitiam infra tempus supra declaratum sub pena supradcā. Si uero dcō tempore idem olim sindici nō uiuerent quando apparerent volumus quod illi qui pro tempore erunt denumptiare teneantur modo supradcō: et si villa in qua malleficium comissum est de facto nō haberet sindicum teneatur eadem villa sub pena centum lib. designare unum qui denumptiationem predictam facere debeat et infralis. creatum sindici procurare: et eo casu quo villa derelicta reperiretur, in qua mallefitium comissum diceretur: tunc sindicus ville magis propinquus loco ubi dictum mallefitium diceretur esse comissum, denumptiare teneatur infra dictum tempus et sub dcā pena.

DE Inquisitionibus

Ut malleficia nō remaneant impunita statuimus et ordinamus quod dns lo. ten. ptas, uel Iudex: et quilibet ipsorum possint inquisitionem facere sine accusatione, denunciatione uel querela, super furto, combustione, incisione, proditione, robaria, falsitate, corruptione uirginis, violentijs, potatione de argento vivo et malo ueneno homini dato, homicidio et quolibet maleficio sanguinolento siue predicta fuerint comissa de die uel de nocte, ac etiam in omnibus alijs capitulis in quibus per formam alicuius statuti permitteretur, et super eo casu, in quo demandaret a generali consilio dcę terrę. Item de membro debilitato, uel absciso in omnibus suis operationibus secundum sententiā duorum medicorum et membra debilitata intelligantur oculus, brachium, tibiā, et pes: Item de omnibus et singulis delictis personalibus quę comitterentur de nocte de uulnere illato in f[illegible] signum euidens et perpetuo remansurum esset habita tū prius senten[illegible] nō possit tū inquiriri inter homines habitantes in una dom[illegible] re[illegible] et si fieret nō ualeat nec teneat condemnatio inde[illegible] si [illegible]us de accusationibus quę fierent inter ipsos ut f[illegible] missi [illegible] casibus [illegible] omni [illegible] proce=

ssibus malef. sepe fraus Comiti operatur, Statuimus q procedente aliquo ex officialib supradictis per inquisitionem contra aliquem, Et quis sit ueritas per inquisitionem inueniatur porrigit accusam contra inquisitum cum Testibus ignorantibus ueritatem, quo casu Culpabiles pœnas euadunt Volumus qidem offles nō obstante q accusatio fuerit porrecta possit dicto maleficio inquiren procedere, ueritatem inuenire, et cōdemnare per uiam inquisitionis et aliquo quocumq modo nō obstante accusatione facta post uel ante inquisitionem ita q in opsitione dicti officialis sit procedere seu per uiam inquisitionis uel accusationis et cum Testibus datis uel de nouo reperiendis et qn prius produceret accusat quam inquisitio fieret, nō possit inquisitio fierj nisi infra decem dies à die accusationis producte, Et si inquisitio precesserit accusationem, possit infra Tempus decem dies accusatio produci a die inchoate Inquisitionis et nō ultra: et si cōtra fieret, nō ualeat quod factū erit ipso Jure: et qn infra dca Tempora accusatio et inquisitio formate erunt possint, ut dictum est, Idem offles seu super accusatione siue inquisitione, aut etiam super utraq, prout sibi uidebr et placebit In alijs autem Casibus nō expressis in pnti Caplo uel per formam alicuius Capituli per inquisitionem procedere nō possit et si procedere inueniretur, Talis processus nō ualeat, nec Teneat.

De non prosequente uel non probante accusam uel Inquisitionem

QVICVMQVE coram dnō locum Tenente, ptāte, uel eoꝝ Judice, aliquem de aliquo maleficio accusauerit, denumptiauerit, uel querelam porrexerit, si accusationem, denumptiationem, uel querelam usq ad prolationem sententie Condemnationis nō fuerit prosequutus in quadragta sol den. pene nomine condemnetur. Et si Accusator, denumptiator, uel querelans, accusaret, denumptiaret, uel querelaret quempiam de aliquo maleficio, nō prosequendo suam uel suoꝝ iniuriam usq ad sententiam supra dictam, uel nō probauerit soluat coi Castri Plebis lib den de exceptis personis quibus per formam Statutoꝝ denumptiandi necessitas imponit. Si aut quis accu[illegible] maleficium [illegible] per contumaciam, uel [illegible] omnes expensas ac[illegible] do sue dictis of[illegible] ad re[illegible] q[illegible]

ad quam penam gravari debeat absq; sententia et processu nullo iuris ordine servato

Quo tempore possit accusatus reaccusare

Si aliquis, accusaverit aliquem qui accusatus fuerit, possit ipsum reaccusare ante quam idem accusatus discedat de Curia tempore quo comparuit responsurus accusationi alias non audiatur de cetero accusare volens nisi eumdem accusare vellet coram eodem offitiali de falsa accusatione infra tres dies utiles post responsionem factam: Et teneatur Judex et Notarius maleficiorum sub pena decem lib. den. dare et dari facere copiam accusationis ad petitionem accusati et diem exhibite copie sub dicta pena rescribere apud acta: Item si quis accusaverit aliquem prosequendo suam vel suorum iniuriam non possit ab accusato vel alio, pendente dicta accusatione reaccusari, ut accusari de maleficio ab aliis non prosequentibus suam vel suorum iniuriam: In qua accusatione nullum currat tempus accusare volenti de eo maleficio, de quo interim accusare et reaccusare non potest.

De insultu cum armis vel sine armis

Quicumque insultum fecerit contra aliquem in platea Communis Castri Plebis vel in platea nova ante arcem, vel in palatio domini potestatis, aut dominorum priorum dicte terre vel in aliqua ecclesia aut platea ecclesie vel ubi non esset in loco ante ipsam ecclesiam qui locus sit propinquus per quinque passus seu per tot passus magis principali porte ecclesie per quam habeatur ingressus in ipsam: vel in quocumque loco coram domino lo. ten. potestate vel Judice aut etiam dominis prioribus si cum armis incidat in penam quinquaginta librarum. si vero sine armis in lib. vigintiquinque, pro qualibet et qualibet vice, Item in aliis vero locis quibuscumque cum armis puniri debeat in lib. vigintiquinque [illegible] sine armis vero in lib. decem pro qualibet et qualibet vice: quicumque [illegible] ad [illegible] eius alicuius de familia su[illegible] [illegible]liam, aut etiam non hab[illegible] [illegible] qua mora re[illegible] [illegible] [illegible]deant [illegible] [illegible]tenent

Centum lib. den. condemnet.r si sine Armis in quinquaginta, sed si de die cum armis in lib. quinquaginta den. puniatur: si uero sine armis in lib. uigintiquinq. den. condemnetur pro qualibet et qualibet uice: et si in dco insultu intrauerit domu, Claustru, Vineam, Cameram, ortum, Clausuram uel aliam quamcumq. rem possessam uel conductam, aut quam ad laboritium detineret, contra uoluntatem principalis aut eius familie, si de nocte fuerit, et cum armis in quinquaginta lib. ultra Centum, si sine armis in centum lib. si de die cum armis, in quinquaginta, si sine armis in libris uigintiquinq. puniat.r pro quolibet et qualibet uice: Si uero in dco insultu facto ad habitationem et domum alicuius de nocte cum Armis in Contumeliam uocauerit aliquem dicendo, Sciende qui, uel alia uerba contumeliosa uel iniuriosa contra habitantes unu uel plures, puniatur pro qualibet uice pena centu lib. den. si uero de die lib. quinquaginta pro qualibet uice et quolibet Contrafaciente: Et si dicti insultantes in dicto casu fuerint quattuor uel ultra si de nocte quilibet condemnari debeat in ducentas lib. den. Si de die in centum pro quolibet et qualibet uice. Si uero predicta quis commiserit sine Armis, et uocauerit in Contumeliam ut dictu e, si de nocte, condemnetur quilibet contrafaciens in lib. quinquag.ta Si de die in lib. uigintiquinq., qui insultantes predicti sunt a quattuor exclusiue a quattuor et supra si de nocte puniatur quilibet in lib. centum den. si de die in lib. quinquaginta pro quolibet et qualibet uice: Si uero quis fecerit insultum ad loca relligiosa de nocte cum armis puniat.r in ducentas lib. den. Si sine armis in centu lib. den. Si de die cum armis in Centum lib. den. condemnet.r si sine armis in quinquaginta libris den. puniatur quilibet pro qualibet uice: Si aut aliam iniuriam fecerit, seu irrogauerit locis relligiosis Caplis uel Conuentis relligiosorum dupplici paena condemnari debeat qua puniretur quis de Castro plebis uel in eo habitans contra aliu de dicto loco, loca aut relligiosa Intelligantur hec. Monialiu, fratrum minor., Seruor., Sci Augustini, sci Francisci, Ecclesia sci Cernasij hospitale sci Jacobi, et sancte Marie noue. Si quis uero insultum fecerit contra aliquam personam, et percusserit cum sanguinis effusione et frugatione tantum eodem tempore et eadem rixa de percussione tantum facta tantum ualeat condemnari: de Alijs aut nullo modo. et idem Intelligatur si quis eodem tempore insultum fecerit cum armis et actum fecerit, et posuerit manum ad aliquod genus armor. et cum eis admenauerit, et quem percusserit cum effusione sanguinis uel sine de percussione tantum puniat.r no de alijs: Si uero fecerit plura ex predictis maleficijs uel percussionem sanguinolentam, aut sine sanguinis effusione, de dictis tantum percussionibus condemnari debeat. Si uero fecerit insultum et ... cum effusione sanguinis uel sine sanguine tantum ... percussionem

sionem cum effusione sanguinis uel sine, et fugationem tantum uel percussionem cum effusione sanguinis uel sine, et aliquid aliud .s. unum tantum ex predictis delictis, et sola percussione cum sanguine, uel sine sanguine condemnetur. Et si quis fecerit contra aliquem eodem tempore continuo et successiue insultum, et eum fugauerit, et contra eum manus extenserit, et admenauerit cum armis, uel euaginando actum fecerit ad demostrationem percutiendi, et offensum fugauerit, uel aliquid punibile cõmiserit secundum formam statuti. Si tñ personam aut corpus eius nõ pulsauerit cum armis uel sine armis, uel ultra duo ex predictis maleficijs cõtra eamdem personam eodem tempore continuate cõmiserit condemnari debeat pena qua pro insultu facto cum armis imponitur habita consideratione loci, et temporis in quibus talia delicta cõmiserit: et etiam pena que grauior imponitur pro altero ex dcis delictis sed si tantum duo uel unum ex supra proximis malleficijs simul et eodem tempore aut eadem rixa cõmiserit, non facta aliqua percussione cum armis uel sine armis, pro uno dictorum malleficiorum pro quo poena grauior statuitur, puniatur: et condemnetur. Volumus tamen eo casu quo quis, esset cõdemnandus et puniendus quia fecerit actum, seu posuerit manũ ad aliquod genus armorum, et euaginauerit arma uel admenauerit, spinserit, insultum fecerit et fugauerit, nõ debeat puniri pro aliquo ex dictis delictis pro pluribus uicibus sed tantum pro una uice: ac si semel tantum delictum cõmiserit. Si quis aut admenauerit cum armis contra aliquem, uel manũ posuerit ad aliquod genus armorum, uel arma euaginauerit contra aliquem, puniatur ea pena qua puniri deberet faciens insultum cum armis contra aliquem. Et quicumq; fugauerit aliquem, et eum prosequutus fuerit condemnari debeat eadem poena, qua deberet insultum faciens cum armis contra aliquem ut supra dictum est: Volumus etiam quod si quis occiderit uel percusserit aliquem cum sanguinis effusione, aut furtum, uel robbariam, uel rapinam, in domo uel extra fecerit uel damnum dederit: et quis deinde fuerit eum prosequutus, uel fugauerit contra talem sic prosequentes et fugantes, nõ possit per aliquem officialem dicte Terre castri plebis procedi: uel quoquomodo inquiri ĩ tempore quo legiptime constiterit de predcis.

DE Pœna percutientium cum Armis uel sine armis.

STATVIMVS et ordinamus quod quicumq; percusserit aliquem cum spata, pu[...]ello, falcione, mazza ferratã uel lignea, bastone, aut alio ligno,

bisorties, falcella, manoaria, plumbarola, lapidis, lateri, terra cocta, securi, spo
tonilon cione, clauaria, giamectono, spiedo, alabarda, roncha, uel aliquo alio ge
nere armorum in platea coīs castri plebis, aū ecclesiam sci geruasij, uel in platea no
ua ante arcem, aut in palatio dñi pōtis uel etiam prior, uel in schalis dcorum
palatiorum, uel in ecclesia, aut schalis sci geruasij, et in alijs locis religiosis, de qui
bus in cap̄lo proxime precedenti, incidat in penam tercentum librarum den. ꝛ si non
soluerit infra quindecim dies a die late sententie numerandos, manus dextera sibi
debeat amputari, si ex percussione sanguis exiuerit. et si sāguis nō exiuerit sol
uat nomine pene pro qualibet percussione libras centum den. Si uero ex dcā
percussione cum armis in aliquo dcōrum locorum cum sanguine uel sine, et cicatrix
uel signum euidens sit perpetuo permansurum in facie uel in gula, uel membrum aliq
sit remansurum perpetuo debilitatum, uel sit truncatum, manus dextera sibi amputa
tur, si sine armis puniatur pena tercent. lib. den. ꝛ si nō soluerit infra
quindecim dies a die late sententie puniat pena manus, et de predcis bene
ficio concordie aut etiam confessionis nullatenus gaudere possit: Si uero ca
sus contingeret de eo quod infra dicentur de facente aliquem cadere in terra
puniat pena ibi imposita, ꝛ q dictum est de platea uel palatio predictorum
nō habeat locum in his qui familiariter habitant in dictis locis, contra quos tan
tum simplex pena sibi uendicet: si uero percusserit quempiam in facie uel in
gula et sanguis ex percussione exiuerit, pro qūlibet percussione incidat in
penam centum quinquaginta lib. si sanguis exiuerit: si uero nō exiuerit in
centum lib. In alijs autem locis, uel in aliqua parte corporis, si quis percusse
rit ꝛ sanguis exiuerit in lib quinquaginta den. puniatur pro qualibet ꝛ q̄
libet percussione. ꝛ si sanguis nō exiuerit, in lib. uiginti quinque puniatur.
Si aūt aliquis percusserit aliquem cum rebus aptis ad nocendum nō superius
determinatis in aliquo dictorum locorum contentorum in principio pñtis capituli,
et sanguis exiuerit, puniatur in centum lib den. Si autem sanguis non exi
uerit in quinquaginta in quacumque parte corporis fuerit facta percussio preterquam
in facie ꝛ gula: Si uero in facie uel in gula, ex ex percussione sanguis exiue
rit puniat pena ducent. lib. den. Si uero sanguis nō exiuerit centum qui
quaginta lib. den. In alijs aūt locis ecclesiasticis, et ex dcā percussione san
guis exiuerit in quacumque parte corporis percussio facta fuerit, preterquam in fa
cie, uel a gula supra, puniatur pena centum lib. den. si uero sanguis
nō exiuerit, in quinquaginta: Sed si percussio fuerit facta in facie uel a gu
la supra, et sanguis exiuerit, puniatur percutiens pena ducent. lib. si uero
nō exiuerit sanguis, pena centum lib. den. In alijs aūt locis quibus

60 v

si percussio facta fuerit cum armis et ex percussione predicta Cicatrix seu signum evidens perpetuo in facie vel in gula remanserit, seu oculum, brachium, unu vel plures pedem, seu membrum aliquod debilitaverit soluat pro qualibet percussione ducentas lib. denar. quam penam si nō soluerit infra viginti dies à die late sententie sibi manus dextera debeat amputari: si vero sine armis in centum lib. den.: quas si non soluerit similiter infra dictum tempus, manus dextera amputari debeat. Et si signum evidens, seu Cicatrix, vel membrum debilitatum, aut oculum nō remanserit, et ex percussione facta cum armis in facie capite vel à gula supra sanguis exiverit, condemnari debeat in centū lib. den. si sine armis cum sanguine, in libras quinquaginta, si sine sanguine in lib. viginti quinque, in alijs vero partibus corporis si sanguis cum Armis exiverit, in lib. quinquaginta den. pro qualibet vice, et idem sine armis, Si vero sanguis nō exiverit sive cum armis, sive sine, condemnari debeat in lib. vigintiquinque, pro qualibet percussione, et qualibet vice; et predicta locum habeant inter Castro plebenses et in dicta Terra habitantes: sed si aliquis de dicto loco percuteret aliquem qui non sit subiectus principali Jurisdictioni co. lo. Ten. potestatis vel Judicis forensem s. in facie, vel in gula: et ex percussione signum evidens sit remansurum vel membrum in alia parte Corporis perpetuo debilitatum, soluat centum lib. den. et si signum evidens nō remanserit, vel membrū debilitatum, et ex percussione sanguis exiverit in facie vel à gula supra soluat penam quinquaginta librarum: Si vero in alia parte corporis si sanguis exiverit, soluat quinquaginta lib. denar. et si sanguis nō exiverit de percussione facta in facie vel agula supra soluat viginti quinque libras den. Si vero in alia parte Corporis soluat decem libras den. Si civis forensis reperiretur offendere aliquem de Terra castri plebis vel in ea habitantes, puniatur in omnibus casibus supradictis ultra penas in casu suo specificatas in quarto plus dicte summe, preterquam quod dictum est de percussione facta in facie, vel in gula, vel de membro debilitato, quod si infra decem dies nō soluerit predictam penam manus dextera sibi amputari debeat. Si vero forensis percuteret aliquem de Castro plebis vel in eo habitantem, et ille percussus repercuteret durante illa rixa soluat tantum nomine pene decem lib. den. Volumus etiam et Jubemus quod nullus per [illegible] lo. Ten. potestatem, vel Judicem debeat [illegible] de signo vel cicatrice facies vel gule, vel de membro debilitato nisi [illegible] unius vel plurium medicorum, si ibi inveniri potuerint fuerit declaratis.

signi[fi]catricem, uel membri debilitationem, qua declaratione sic facta, apud acta curiæ dicti processus sub pena uiginti quinque lib. Notario qui predicta scriberet et prius ad condemnationem procedi nõ debeat et recepta cõpetenti mercede dicti medici mant[o] officialium dictorum uel alicuius eorum cogantur, uidere, referre, ac Iudicare sub pena arbitrij dictorum officialium eis imponenda Possit etiam ex eadem instantia procedi ad cõdemnationem de simplici percussione sanguinolenta nõ obstante si opponentur quod nõ fuit actum ex illo capite et de simplici uulnere. Quicumque autem pretio uel pecunia percusserit aliquem uel percuti fecerit si cum armis, et sanguis exierit manus dextera sibi amputarj debeat. si uero sine sanguinis effusione percusserit cum armis uel sine quadruplicem penam sustinere debeat quam soluere deberet si sine pretio fecisset uel fieri ordinasset! et si plures fuerint insimul ad Comittendum maleficium nullus eorum possit accusari nec denumptiarj ut principalis et ut prestans opem, auxilium uel fauorem, uel ut mandator, seu suasor, nec contra eundem inquiri de delicto principali et de auxilio, consilio et fauore, ope, mandato, uel suasione prestitis, sed tantum uel ut principalem tm̃ mandatorem tãtu. Ita quod contra unam et eamdem personam nullo modo possit procedi Tamquam contra principalem et accessorium: et alr fieret processus sit ipso Iure nullus: Volumus insuper quod si ex unico facto cum aliquo genere Armorum sequerentur plura uulnera, et sanguis ex pluribus locis fiat, et fieri tantum possit condemnatio pro unica percussione sanguinolenta, non obstante quod plura apparerent uulnera. Et ubicumque imposita est pena in hoc capitulo de percutiente sine armis nõ intelligatur de percutiente aliquem cum manu uel pugno, sed seruetur dispositio in proprio Capitulo ordinata, et in omnibus Casibus possit offensus agere ad interesse pro ut Iuris fuerit

DE Percutiente aliquem cum manu uel pugno

Si quis Aliquem manu, palma, pugno, pede, Calce, genu, uel Cubito in facie, uel in uultu aut faciem dilaniarit et sanguis exierit puniatur pro qualibet percussione, seu dilaniatione in lib uiginti quinque, si uero sanguis nõ exierit puniatur in libris uiginti den. pro qualibet percussione. Si uero in alia parte corporis percusserit puniatur pro qualibet percussione si sanguis exiuit in libris decem, si nõ exiuit in libris quinque, pro qualibet et qualibet uice

DE Frangente alicui aliquod membrum et ....

Membrum quis fregerit alicui, aut costam corporis uel pectoris ... et sine sanguinis effusione puniatur in Centum libris den. et si sanguis ...

61

duplici pena puniatur. Si vero dislocaverit condemnari debeat in lib. quinquaginta.
Quicumque aut morderit aliquam personam in facie vel in gula, et ex morsu sanguis
exierit puniatur in quinquaginta lib. denariorum. Si vero sanguis non exierit in
lib. viginti quinque condemnetur: et si ex dicto morsu facto Cicatrix vel signum perpe
tuo remansurum esset puniatur ea pena qua puniri debeat percutiens cum sanguinis e
ffusione, ex qua Cicatrix vel signum in gula vel facie remansurum esset sub R[ubri]ca
de percutiente cum armis: et si ex morsu predicto nasus detruncatus fuerit puniatur
mordens pena amputantis nasum de qua in proxima R[ubri]ca. Si vero in alia parte
corporis, et sanguis exierit in viginti quinque lib. den. puniatur si sine sanguine
in decem libris.

morsu

C. DE Truncante, vel debilitante, alicui Membrum

QVICVMQVE debilitaverit alicui manum vel pedem vel aliud membrum in toto
vel in partem condemnetur prout in capitulo de percutiente cum armis. Iste vero
qui precio vel precibus vel alia re recepta aliquod membrum alicui truncaverit
simile membrum membro sibi detruncato debeat detruncari. et illud pro pecunia
redimi non valeat ullo modo. Volumus tamen quod si quis amputaverit alicui nasum vel
manum de brachio, vel pedem a crure, gambam, vel cecaverit oculum, ita quod privatus
sit perpetuo visu ex illo oculo puniatur pena Trecentum librarum. et ad confinia ex
tra Terram castri plebis per Tempus quinque annorum: et si dictam penam infra ter
minum decem dierum non solverit manus dextera amputetur: Si vero cecaverit aliquem
ambobus oculis perpetuo visu cariturum. vel amputaverit ambas manus vel ambos
pedes aut gambas, pena mille librarum puniatur: Si vero mutilaverit vel amputave
rit alicui labium, mentum, virilia puniatur in centum lib. den. Si vero am
putaverit aurem in totum vel in partem, in centum lib. den. condemnetur: et
si predicta delicta fuerint commissa in aliquo loco de locis contentis de percutiente
aliquem cum armis duplici pena puniri debeat penarum designatarum in casu suo.

C. DE Faciente cadere aliquem In terram

STATVIMVS quod quicumque fecerit Iniuriose cadere aliquem in Terram, vel in ali
quem alium locum, vel spintam alicui dederit, et ex casu caput, vel facies, vel frons
eius, incussa fuerit in Terra lapide a muro, vel ab aliqua alia re, ita quod san
guis exierit de capite, vel facie, vel fronte, ipse in viginti quinque libris denariorum con
demnetur. Si sanguis non exierit in decem: et si ex dicta percussione signum vel

Cicatrix in facie, uel gula, ipsius extitit remansura, in lib. quinquaginta den. puniri debeat, si uero ex dicta spinta alia pars corporis fuerit percussa, et sanguis exiuerit in lib. decem den. condemnetur, si autem sanguis non exierit in quinque lib. tantum, et per concordiam partium quando predicta in platea committerentur, h. penae duplicentur nihil diminuatur.

De pena dilaniantis alicui pannos

Si quis dilaniauerit alicui pannos, caputeum, uel uestem in aliqua platea Communis Terrae castri Plebis, uel in loco in quo penae duplicantur puniatur pena lib. decem den. Si uero in alijs locis dictae Terrae in lib. quinque den. condemnetur, et nihilominus in predictis casibus damnum dictae rei dilaniatae resarciat patienti arbitrio offitialis cognoscentis super dicto casu.

De capiente aliquem per capillos uel prosternente in terram

Si quis iniuriose acceperit aliquem per capillos pro qualibet captione condemnetur in lib. decem den. quae pena tam in platea communis quam in alijs in quibus solet dupplicari pena intelligatur pro qualibet uice: et qualibet captione in lib. uiginti quinque puniri. Si autem aliquem prostrauerit in terram, uel per terram trascinauerit in lib. quinquaginta den. condemnetur: si predicta comissa fuerint in locis proxime dictis. In alijs uero locis quibuscumque pro qualibet prostratione et trascinatione in uigintiquinque lib. den. condemnetur. Et si quis aliquem acceperit per pannos iniuriose, aut spinxerit aliquem, et in terram non ceciderit in quinque lib. denariorum condemnetur pro qualibet, et qualibet uice.

De faciente sibimet iniuriam

Si quis in tantam malignitatis audaciam peruenerit quod semet ipsum percusserit momorderit in aliqua parte corporis, uel fecerit sibi sanguinem exire de aliqua parte corporis: uel aliquam aliam iniuriam sibi met [illegible] -posito fecerit, ad hoc ut aliquem innoc[illegible] infamet condemnetur in illa [illegible] -deret si in [per]sonam al[illegible] scilicet

62 v

Si quis interfecerit aliquem hominem de Terra Castri plebis vel in ea habitantem aut in terra vel districtu forensem in platea dicte Terre, aut in palatio in quo moratur dns ptas vel in aliqua ecclesia dci castri aut in piscaria capite puniatur, ita quod moriatur, et oia eius bona publicentur Coi dicte Terre et si alibi in dicta Terra vel eius districtu similiter capite puniatur, et medietas omnium suorum bonorum publicetur Comuni dicte Terre. Et si predicta comiserit homicida ad suam necessariam defensionem ad nullam penam teneatur. Et qui voluerit id probare fecisse, et ille contra quem facta fuerit talis probatio voluerit reprobare per testes talem probationem: et sit ita pauper quod propter paupertatem non posset reprobare, teneatur dns locum tenens ptas, vel Judex, fieri facere expensis dci cois, et observare quilibet defendens teneatur, ea qui in pcedenti caplo descripta erunt. Et qua pena homicidij, heredes, sive proximior consanguineus interfecti habeat quartam partem de eo quod pervenerit in Comune. Et similiter ille qui talia maleficia fierj seu comicti fecerit, sive de dca Terra, sive in ea habitans aut etiam forensis existat eisdem penis teneatur et puniatur. Et si quis forensis interfecerit aliquem de castro plebis quod nullus eius coniunctus dicto homicide usque ad secundum gradum secundum Jus Canonicum computandum inclusive possit venire ad dcam Terram castri plebis, et si quis ipsorum venerit, solvat quilibet eorum ducentas lib. den. quas si non poterit solvere infra terminum quinque dierum, amputetur ei pes, quicumque eum offenderit non teneatur ad penam nisi apparuerit pax inde facta qua existente libere possit venire. Quicumque autem commiserit homicidium in dca Terra vel eius districtum si non venerit ad mandata curie postquam citatus fuerit infra tertiam diem post citationem, lo. Ten. ptas, vel Judex, ante quam condemnetur homicida omnia sua bona radicitus faciat devastarj qui si non fecerit perdat de suo salario lib. quinquaginta: quas Camerarius cois de suo salo retineat: et si bona homicide essent obligata pro dotibus, vel alio quocumque modo, vel Jure, quod dotes et debita debeant refici super alijs bonis quam domibus et vineis: et hoc si alia bona essent sufficientia ad dotes. et alia iura et debita alias recurrere possint super domibus et vineis: ad [illegible] vastum faciendum lo. Ten. potas, vel Judex fieri faciens [illegible] Plebis, sed faciant fieri [illegible] familiaribus:
f[illegible]
[illegible] districtus
[illegible] esse

Margin: [illegible]micidium factum ad defensionem [illegible]

63

Instrumenti donationis, et augumenti dotis facti eidem a tali suo marito comittenti homicidium de bonis suis post instrumentum dotis ecceſſu tempore matrimonij contracti inter eos: sed talia instrumenta preter dotis, sint cassa, irrita, et nullius valoris, et pro simulatis habeantur. Et si aliquis quem offenderit in domo propria uel conducta, uel alia quacumque, uel offensi uel ab eo possessa uel in qua habitaret ipse, uel aliquis de sua familia, et ex tali offensione morietur offendens capite puniatur, ita quod moriatur: et omnia eius bona publicentur communi dicte Terre.

DE Modo et forma observanda ab eo qui in causa homicidij se deffendere voluerit

Reus pro homicidio accusatus, uel inquisitus, denumptiatus uel querelatus, uolens uti aliqua defensione prius quam ingrediatur carcerem teneatur et debeat tribus diebus continuis tria bannimenta, unum pro quolibet die post tertiam et ante nonam proclamarj facere in locis publicis, et consuetis: quibus notificetur omnibus et singulis ipsum homicidam ut prefertur uelle comparere, et in carcerem se ponere ad se defendendum. Quibus tribus diebus elapsis die iuridica immediate sequenti debeat comparere coram D. L. T. potestate, uel Judice pro tribunali sedentibus ad banchum Juris, coram quibus porrecta responsione, suae defensionis, postquam fuerit in carceribus constitutus, citentur et citari debeant heredes occisi, ac etiam Sindicus communis qui sindicus sub pena quinquaginta lib. teneatur et debeat omni possibili diligentia, ne aliqua fraus uel iniustitia in tali processu fiat et committatur: Et hoc pacto processus prosequatur et expediatur secundum formam Juris, et statutorum: Terre castri plebis: hoc addito quod examini testium inductorum pro parte rei uel Curie ultra Notarium malleficiorum ordinarium presens esse debeat, etiam Cancellarius communis, et duo ex prioribus residentibus: Quo sic facto et processu expedito per dictum lo. Ten. potestatem, uel Judicem processum ipsum expediri debeat: et sententia diffinitiua mortis solito promumptiari: alio dato ordine et forma superius descripta non observata, processus qui celebraretur sit ipso Jure nullus et nullius. Lo Ten. potestas, uel Judex antedicti incidant: et quilibet ipsorum incidat in penam quinquaginta lib. in sindicatu condemnari: uel condemnandi. et de eorum salario retinendam

DE Pena

Ordinamus q nemo audeat, uel presumat per se uel alium di recte, uel per obliquum turbare uel, turbari facere, uel aliquem prodimentum, conspirationem, iuram, uel coadunationem gentis publice uel priuate occasione proditionis faciend in Terra castri plebis uel eius burgis, occasione turbandi pacificum, tranquillum statum dicte Terre castri plebis: uel seditionis faciend inter homines dicte Terre, et qui contra predicta uel aliq predicto fecerit, uel facere presumpserit seu tentauerit, si in fortiam Curie dicte Terre peruenerit, strascinetur per publicas stratas dicte Terre, et postmodum per gulam suspendatur, ita q moriatur: et omnia sua bona mobilia et immobilia publicentur Communi predicto, et si in fortiam dicti Communis nõ peruenerit exbanniatur perpetuo de dicta Terra, aere et in persona quando predicta legiptime probarentur etiam per decem testes fide dignos et publica fama de predictis omnibus inquiri possit per dominum Lo. Ten. potestatem, uel eius iudicem, et culpabiles repertos de predictis in dicta pena. in quam etiam incurrere intendimus illos qui quoquo modo ausi fuerint, aut etiam tentare presumpserint excitare populum contra Gubernatorem aut lo. Ten. ipsius, ita q pro predictis fuerit in populo tumultuatio facta.

De Pena Venenantis

Volentes obuiare malleficiis et eis resistere remediis opportunis ordinamus q si quis uel si qua dederit alicui uenenum siue risagallum siue argentu uiuum comedere uel potare, uel in aurem aut in aures uel in os alicui immiserit uel sibi uenenosam dederit potationem, uel quomodocumq aliquem uenenauerit puniat si ille cui datu uel immissum fuerit aliquid uel quomodocumq uenenatus moreretur si fuerit masculus uenenans, Capite puniatur ita q moriatur. si fuerit mulier, igni crematur ita q penitus moriatur: Et si offensus nõ moreretur puniat offendens in lib. tricentis den. quas si nõ soluerit infra decem dies puniat modo predicto: et eadem pena puniatur et condemnet qui predicta attentauerit, uel procurauerit, uel opem, aut auxilium dederit in predictis. Si aut aliquis aliquam rem uenenosam uoluntarie sumpserit, uel sumpsisse diceretur et de eo innocentem infamauerit similem penam patiatur.

De Pena Committentium furtum

[illegible] furatus fuerit Rem ualoris quinq sol. usq ad quantitatem sol. uiginti

incidat in penam lib duarum et si furabitur rem estimationis sol viginti, usque ad quadraginta, soluat penam lib quinque den. Si vero furatus fuerit rem valentem sol quadraginta usque ad valorem librarum quattuor soluat nomine pene lib decem den. Si vero furatus fuerit rem valoris lib quinque usque ad decem soluat nomine pene lib vigintiquinque den. Si vero dicta res erit valoris lib. undecim usque ad estimationem lib viginti, soluat nomine pene lib quadraginta, et si furabitur rem valoris lib viginti unius usque ad valorem lib triginta soluat nomine pene libras octuaginta den. Si vero pecuniam, aut rem furatus fuerit valoris triginta usque ad valorem lib quinquaginta soluat nomine pene lib centum den. Si vero res furata, vel pecunia erit valoris lib quinquaginta usque ad summa centum lib. soluat libras ducenta den. Si vero res, vel quantitas ascenderet ad valorem lib. centum, sive quantitatem usque ad libras ducenta soluat pene nomine lib quadringentas den. infra terminum decem dierum a die late sententie quas si cum effectu in dicto termino non soluerit denudatus ducatur per loca publica et consueta Terre castri Plebis, et a ministro Justitie fustigatus: et hoc intelligatur quando unum tantum furtum vel duo simul iungendo ad valorem dictarum librarum ducentarum ascenderit. Si vero plura furta ultra predictas quantitates commiserit denudatus, inmiteratus, et fustigatus ut supra, ductus usque ad locum Justitie sit bullatus in fronte cum marchio Comunis castri plebis infra oculos: et exbanniatur a dicta Terra et districtu sub pena furcarum assignando eidem terminum illius tantum diei ad discedendum: Et si quo tempore in futurum perveniret ad manus Curie dicte Terre, absque aliqua condemnatione in executione prime sententie ad locum Justitie solitum ducatur per ministrum et ibidem fur per gulam laqueo suspendatur: ita quod penitus moriatur. Si vero aliquis committeret furtum valoris vel quantitatis librarum ducentarum. usque ad summam lib. mille denariorum. et a mille usque ad quamcumque summam puniatur et puniri debeat in florenos mille den. quos si non soluerit infra terminum decem dierum ut supra si unicum solum furtum erit denudatus, inmiteratus, et fustigatus ducatur per loca solita dicte Terre usque ad locum Justitie et ibidem per ministrum Justitie incidantur ambe aures una cum brachio et manu dextera et exbanniatur ut supra. Si vero tria furta commisisset valoris vel quantitatis lib quinquaginta in totum ducatur ad locum Justitie et per ministrum furcis laqueo suspendatur: ita quod penitus moriatur: et anima a corpore separetur, ut pena alijs transeat in exemplum: et in omnibus casibus emendari debeat damnum patienti: et de estimatione credatur juramento damnum passi.

C. DE Pena frangentium vel furantium Cappelles

VICVNQ[VE] furatus fuerit siue fregerit Cupellos, et ex eis extraxerit fauum in illis soluat uice qualibet lib. uiginti quinq. den. pro quolibet cupello et si dictam penam soluere non potuerit infra terminum a Judice declarandum amputetur sibi manus ita q. a brachio separetur, et dammum patientis emendet. Et si quis etatis duodecim annorum et supra traxerit de aliquo Cupello unum uel duos fauos et nō fregerit Cupellum, uel de loco nō summouerit soluat nomine pene pro quolibet fauo lib. decem den. Et quicunq. acceperit examen, uel fauos apium qui esset inclusi in cippo alicuius arboris signate: in quo nidum Apes fecerint soluat nomine pene lib. uiginti quinq. den. et dammū emendet patientis. Si uero de arbore nō signata Juris dispositio locum habeat.

C. De pena receptantis rem furtiuam 7

REM furtiuam uel predatam si quis scienter emerit restituat eam dño rei absq. aliquo pretio, et soluat pro qualibet bestia grossa predata lib. quinq. den. pro qualibet bestia minuta solidos uiginti den. et pro qualibet bestia grossa furata lib. uiginti quinq. pro minuta lib. quinq. coi castri plebis: et res uel bestias predictas absq. pretio restituat: Et si quis cum aliqua re furata uel depredata acceptus aut quamquis furatus uel derobatus fuerit uenerit ad terram castri plebis, soluat eam penam quam soluere teneretur si furtum, uel robbariam huiusmodi commisisset: in Castro plebis uel eius districtu. Et super predictis possit cons. lo. ten. potestas, uel Judex inquirere.

C. De pena furantis bladum uel Legumen

GRANVM, uel aliquod genus bladi, siue leguminis de aliqua cappuccia, borcharia uel crucione qui furatus fuerit nocturno tempore centum libras den. soluere debeat. Si uero de die quinquaginta pro quolibet et qualibet uice, et dammū patientis emendet iuxta iuramentum dammum passi: et si dictam penam centum libras soluere nō potuerit, pes uel manus arbitrio Judicis amputari debeat, ita q. a crure uel brachio separetur. et si dictam penam quinquaginta lib. soluere nō potuerit infra terminum sibi a Judice statutum per loca publica et consueta denudatus fustigetur.

C. De pena furantis boues, uel similes bestias

Quicumque furtive acceperit alicui in Terra Castri plebis vel eius districtu bovem, vaccam, somariam, vel somarium, equum, equam, mulum, vel mulam et similes bestias pro quolibet et qualibet bestia solvat dicto Comuni lib. centum den. et perdenti furtum restituat. Et si plures de supradictis bestijs vel pluries furatus fuerit et ad terminum condemnationis solvere non potuerit, vel non solverit, furcis per gulam suspendatur itaque penitus moriatur.

De pena derobbantium in stratis

In strata publica vel via existente in Castro plebis vel eius districtu quicumque aggressus fuerit, spoliaverit, vel depredatus fuerit, vel ipsum derobbaverit condemnari debeat in lib. tercentum den. et si dictam penam solvere non potuerit infra decem dies post condemnationem de eo factam, et in forziam predicti communis venerit, vel aliquo tempore pervenerit suspendatur per gulam super patibulo furcarum ita quod penitus moriatur. Et si sufficientes essent aut solvendo unum vel plures ad restituendum ablata iuramento derobbati astringi debeat, et ubi appareret derobbatorem fore publicum et famosum stratorem dicta pena non vendicet sibi locum sed tantum furcis suspendatur, itaque penitus moriatur.

De pena occidentis boves aut alias bestias

Quicumque aliquem bovem, vaccam, somarium, equum, equam, mulum vel mulam, vel similem bestiam occiderit, vel sgalectaverit, solvat nomine pene pro qualibet dictarum bestiarum libras viginti quinque den. et si dictam penam solvere non potuerit infra terminum decem dierum nudatus per Terram castri plebis fustigetur: et si quis aliquam bestiam minutam interfecerit solvat lib. quinque den. pro qualibet, et qualibet vice: et in quolibet casu predictorum damnum emendet patienti: et in premissis dominus lo. ten. Potestas, et Iudex possint inquirere et punire.

De pena incidentis vineam

Statuimus et ordinamus quod quicumque inciderit vites in vinea alterius iniuriose et studiose, aut pergulam solvat pro qualibet vice lib. quinque den. pro pergula vero quindecim et damnum emendet patienti et si dictam penam in [illegible] solvere non poterit infra terminum sibi per iudicem assignandum amputetur ei pes [illegible] manibus separetur.

De pena comburentis domum vel capannam

Quicumque ex proposito vel voluntarie domum alicuius vel cappannam cōbusserit vice qualibet soluat communi libras quinquaginta den. et dampnum emendet patienti: et si dictam penam non soluerit, vel soluere non potuerit et dampnum non emendauerit patienti infra terminum sibi a iudice datum igni comburatur igne comburatur, itaque penitus moriatur. Si vero non voluntarie sed casu quis commiserit aliquid predictorum puniatur vice qualibet in lib. decem denariorum et dampnum patienti emendet et si dictam penam soluere non poterit in termino ut supra sibi assignato per totam terram castri plebis fustigetur.

De pena comburentis bladum vel arbores.

Si quod dampnum datum fuerit in aliqua capucia collecta vel cruciorum grani bladi vel leguminis condemnetur malefactor si studiose et de nocte fuerit dampnum datum in lib. centum den. si vero de die quis predicta commiserit soluat vice qualibet lib. quinquaginta den. et dampnum patienti emendet in quolibet casu predictorum pro quolibet et qualibet vice et si dictam penam soluere non poterit et dampnum emendare infra decem dies a tempore sententie amputetur ei pes itaque separetur a crure, et de predictis omnibus inquiri possit

De pena facientis vel fieri facientis, vel producentis falsum instrumentum.

Statuimus quod quicumque Notarius fecerit, fabricaverit, siue scripserit falsum instrumentum soluat communi pene lib. ducentas den. et officio et dignitate artis notariatus privetur et sit infamis, quam penam si non soluerit infra decem dies a die sententie numerandos, manus dextera a brachio amputetur, ita quod penitus separetur et mitram ferat per totam terram castri plebis. quicumque vero fabricari vel condi fecerit falsum instrumentum: et illud quoquo modo produxerit: seu usus fuerit in iudicio, vel extra soluat dicto communi lib. centum quinquaginta den. quam penam si non soluerit in termino ut supra assignando ferat mitram per totam terram castri plebis, remaneat infamis et instrumentum sit ipso iure nullum: in quolibet casu premissorum.

Quomodo [illegible] decim annos in maleficiis puniantur

SI MINOR xv. annis aliquod maleficium commiserit in personam alicuius minoris dicti temporis non possit per curiam Cōis castri plebis procedi super tali maleficio sed puniatur et puniri possit talis minor de tali maleficio commisso secundum provisionem fiendam per generale consilium terre castri plebis.

De pena habentis uxorem et contrahentis matrimonium cum alia muliere.

Nemo habens uxorem cum alia muliere constante matrimonio contrahat matrimonium sub pena ducentarum librarum den. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice: et si dictam penam infra terminum decem dierum à die sententie numerandum non solverit, vel non potuerit solvere igni comburatur, itaque penitus moriatur: et talis pena aliis transeat in exemplum.

De soddomitis

NEFANDUM scelus, abhorrendumque crimen soddomie purgare intendentes, statuimus et ordinamus quod si quis nefandum soddomie scelus commiserit in terra castri plebis vel eius districtu per totam terram castri plebis nuda carne fustigetur, et nihilominus in lib. quinquaginta den. condemnetur: et hoc pro prima vice qua huiusmodi scelus commissum fuisse constiterit. Si vero aliquis in hoc nefario scelere perseveraverit post primam condemnationem de eo factam: pena ignis ultimo supplicio puniatur, itaque moriatur. Et dns lo. ten. ptās, vel sindici teneantur, et debeant vinculo iuramenti semel singulis sex mensibus diligentem inquisitionem facere et culpabiles punire: et dicta pena non dum agens sed etiam patiatur si fuerit etatis annorum quindecim vel ultra, Si vero fuerit minor in lib. viginti quinque den. condemnetur, et teneri debeat uno die ligatus ad columnam sive petronem: et detineatur et detineri debeat in carceribus castri plebis, donec et quousque penam solverit. Et de predictis nulla possit fieri remissio, sive masculus sit patiens, sive femina, et quoquomodo defalcatio fieri non possit, nec per dnos priores dicte terre de mitigatione vel gratia in consilio sapientum, vel generali proponi possit, nec per aliquem consiliarium talia arenghari possit sub pena librarum centum den. pro quolibet proponenti vel consulenti vel arenghanti: et qualibet vice, et de huiusmodi statuti derogatione in aliquo consilio nullatenus proponi possit nec consuli nec arenghari per aliquem consiliarium cuiusvis consilii sub dicta pena pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

QUOD in Malleficijs Procedatur de similibus ad Similia.

uide in fol. 81 QUANDOCUMQUE aliquod maleficium uel quasi committeretur per aliquam personam de quo pena expressa non imponeretur per formam alicuius Capituli presentium Statutorum Dominus Locumtenens potestas, et Iudex possit super dicto malleficio, uel quasi puniendo de similibus ad similia procedere, ne maleficia remaneant impunita.

C. DE Adulterijs.

SI UXOR alicuius cum aliquo commiserit adulterium, uel fornicationem uoluntarie et maritus eum uel eam accusauerit coram domino Locumtenente potestate uel Iudice et probauerit plene adulterium uel fornicationem. Tota dos uxoris predicte sit ipsius uiri et ad restitutionem Idem uir seu maritus illius, uel eius heredes ullo tempore compellantur. Et Vir seu maritus illius ad prestandum alimenta ei quoquomodo non cogatur, si uero non probauerit per testes, sed probauerit per indicia manifesta et presumptiones a iure permissas, uel per contumaciam nihilominus in dicta pena debeat condemnari. Si uero uxor talis adulterium seu fornicationem committens dotem non habuerit, et habuerit aliqua alia bona Illa bona usque ad congruam dotem in uiris debeat deuenire et ipsius mariti esse debeant pleno Iure sicut sunt alia bona sua.

C. DE pena corrumpentis uirginem cognoscentis Religiosam monialem uel Uxorem alterius.

QUICUMQUE corruperit uirginem in quocumque loco uel feminam religiosam alicuius monasterij uel extra monasterium sine violentia Carnaliter cognouerit puniatur
400 pena quadrigentarum lib. Si uero cum violentia in quocumque loco puniatur pena ducentarum lib. den. Et in predictis non possit concordia saluo quod si ille qui corrupit uirginem non religiosam et non habuerit uxorem et corrupta uirum non habuerit. et sequatur matrimonium inter eos puniatur in tertia parte pene predicte singula singulis referendo. Que tertia pars nec per confessionem, nec per concordiam, aut beneficium solutionis infra terminum remitti possit. Si autem fuerit famula que uirgo non esset uel alia uilis mulier per uim cognita puniatur cognoscens in centum lib. den. Ille uero qui loco religioso intrauerit causa cognoscendi aliquam monialem, et eam Carnaliter cognouerit in locis religiosis puniatur in tertia

ty. lib. den. et si fieret concordia per monasterium, Tunc medietatem dicte pene sol
uat et medietas alterius medietatis remittatur et remissa sit pp dcam concordia
altera uero pp confessionem, Quicumque uero cognouerit uxorem alt. soluat nomine
pene ducentas lib. den. etiam si de pluribus uicibus accusetur in eadem accusatione:
Et si aliquis uxorem alt. de domo mariti extraxerit receptauerit, uel retinu
erit per horam contra uoluntatem mariti condemnari debeat et puniri eadem pena pro
quolibet contrafaciente et qualibet uice: et hoc locum habeat quando sine uiolentia si
uero per uiolentiam adhibitam contra uoluntatem mulieris cognouerit in quadringe
ntis lib. den. puniatur nec ualeat sibi concordia: et si non soluerit infra quinde
cim dies a die late sententie sibi caput a spatulis amputetur ita quod moriatur
Liceat tamen patri uel matri et consanguineis mulieris usque ad tertium gradum in do
mo retinere sine pena. Et quod fuerit uxor uera uel presumptiua sufficiat coram
Iudice probare: Si aut aliquis carnaliter cognouerit aliquam aliam mulierem bone
conditionis et fame contra ipsius mulieris uoluntatem soluat nomine pene ducentas
libras den. pro qualibet uice, et ad probationem quod sit femina uel mulier uilis
conditionis uel bone fame sufficiat probatio per quattuor testes de fama qui
sint de uicinia illius mulieris. Hoc etiam addentes quod si quis per uim traduxerit
aliquam uirginem causa contrahendi sponsalia uel matrimonium cum ipsa puniatur
pena ducentis lib. den. et uiolentia presumatur eo ipso quod dicta mulier traducta
fuerit sine consensu patris uel alt. ascendentis in cuius esset potestate. Et si
in alicuius potestate non esset sine consensu duorum proximiorum consanguineorum in
quibus omnibus casibus possit tantum procedi per accusam mariti patris fratris
uel alt. ascendentis uel descendentis dicte mulieris. per inquisitionem aut
nullo modo in predictis procedi possit

C. DE Pena contrahentis matrimonium uiuente primo.

QVICVMQVE retinuerit aliquam in suam uxorem per aliquod tempus in domo
et postea negauerit illam esse suam uxorem, et probatum fuerit matrimonium
uerum uel presumptiuum que probatio coram Iudice seculari facta ualeat tam per testes quam
per instrumentum incidat in penam quadraginta lib. Qui uero secundam uxorem
acceperit uiuente prima nisi a prima fuerit absolutus per sententiam ducentas libras den.
soluere teneatur: Et eadem mulier que secundum maritum acceperit nisi a primo per
sententiam fuerit absoluta eadem pena puniatur et in utroque casu tam mas quam femina
~~nisi~~ soluerit dictas ducentas lib. infra quindecim dies a die late sententie tamen
ita quod anima a corpore separetur. Mulier aut que retinuerit aliquem in maritum

Tempus et postea negauerit illum esse suum maritum coram supradcõ Judice, — pena quatraginta lib. puniatur. Et quod dictum est de probatione fienda corã Judice seculari in casu predcõ, matrimonij ueri uel presumptiui Idem Intelligatur ubicumque incidenter opporteret probare de filiatione matrimonio uel cõsanguinitate: et contra talem probationem nõ possit opponi tamquam factã coram Judice nõ competente.

De Pœna contrahentis, uel contrahi facientis

sponsalia uel matrimonium sine consensu certe persone

Nullus audeat uel presumat alicuius filium nepotem uel pronepotem minorem duodecim annis descendentem per lineam masculinam accipere in uxorem uel sponsam sine expresso consensu patris uel aui paterni, et ubi dicti nõ essent materni uel matris aut fratrum, quando mater ad secundas nuptias nõ transisset Sub pena Trecentarum lib. den. et restituere teneatur personis supra enumeratis uel personis consanguineis dicte puelle: in quam penam nõ existentibus supradcĩs incidat qui pupillam desponsauerit sine licentia Tutoris, et eidem reddere Teneatur. Ubi uero dicta esset maior duodecim annis, et aliquis eam in uxorem acceperit sine uoluntate patris uel aui paterni nõ Teneatur Idem pater, uel auus eam dotare sed maritus predictus nisi filia talis excessisset etatem uiginti quinque annorum: quo casu possit se nuptui tradere absque uoluntate alicuius, et pater et alij ascendentes ad quos spectant, Teneantur eam dotare, Tutori autem pupillam non liceat sine consensu proximiores consanguineorum uel matris que nõ transiuit ad secunda uota desponsare uel nuptui tradere, et si contra fecerit predcã pena puniatur, et pupilla nihilominus restitui debeat proximioribus eiusdem: Et eo casu, quo Tutor, uel curator cum dcã licentia desponsaret sine Titulo donationis uel alio Titulo presumat accipere de bonis pupille uel adulte uel ab alio pro consensu prestito. Et si contrafecerit puniatur in libras Centum den. et quod acceperit reddere compellatur, que pena pariformiter se habeat in personis supradcĩs tam masculis quam feminis pro licentijs predictis interuenientibus locum habeat. Si quis autem sine Tutoris et Curatoris auctoritate pupillum, uel pupillam adultum, uel adultam seduxerit de domo matris, uel Tutoris, uel Curatoris, pro tali seductione pena centum lib. puniatur. Et si ille qui fuit Tutor, uel Curator alicuius pupille uel adulte uel alius gestor, uel etiam aliqua alia persona nomine eorum [illegible]erit ante Contractum matrimonij seu sponsalia per uerba de presenti, atque

sit ducta ad domu mariti aliquam refutationem indemnitatis, cōservationem vel
aliqd pactum administrationis, Tutele vel cure vel alt. gestionis cuiuscumq; dicte pu
pille vel adulte. Talis contractus censeatur dolo et metu initus et fictitius, et
sit ipso iure nullus et pro casso et irrito habeatur nō obstante aliqua Confessione,
seu promissione confessionis que continetur in Contractibus supradictis, nisi in pre
dictis intervenerit consensus duorum magis propinquorum Consanguineorum, et decreto
Judicis cōpetentis. Talis Tutor, vel Curator, vel alius gestor qui hoc fecerit rati
onem sue administrationis redden. Compellatur nō obstantibus dictis Contractibus
et de predictis possit inquiri.

De Pena extrahentis relligiosam de monasterio

QVICVMQVE seduxerit aliquam relligiosam professam vel nō professam de aliquo
monasterio, et de eo extraxerit, aut operam prebuerit quod extrahatur Trecentas lib. den.
pro pena soluere teneatur, et si per vim aliquam de monasterio rapuerit, puniatur pe
na Capitis, itaque moriatur, nisi esset consanguineus vel attines persona: nam tunc
puniat. arbitrio dni locum Tenentis potestatis et consilio sapientum dicte Terre. Si vero atten
taverit ponendo Schalas ad fenestras vel muros monasterii aut hostium frangen. aut aperi
endo puniatur pena Trecent. lib. den. In qua nullum beneficium possit sed inviolabiliter
solvat. et si infra decem dies à die late sententie dictam penam nō solverit amputari
debeat pes ita quod à crure separetur. Si quis aut noctis Tempore schalam funis lig[ni]s
ad fenestram alicuius domus vel ad murum aliquem, etiam intraverit, vel intrare conatus
fuerit cā delinquen. in Trecent. lib. den. puniat. Si vero de die in Centum lib.
den. puniat. et solum beneficium confessionis patrocinetur eidem.

De Pena filiorum offendentium parentes

STATVIMVS quod si quis filius, vel alius descendens tam Impius et Crudelis exi
stat quod per lineam masculinam, vel femininam modo aliquo verberaret, vel contume
liam inferret cum sanguinis effusione vel sine nō interveniente morte, mutilatione
vel membri debilitatione de quo simplici et nudo verbo patris vel matris, vel alt. a
scendentis offensi credatur tribus annis extra Castrum Pleb. vel eius districtus per d. lo.
Ten. potestatis, vel Judicem debeat relegari, seu ad confinia poni extra Terram
et comitatum dicte Terre. aut per quinquennium in Carceribus, in compedibus detineat.

& in imponenda altera de dictis penarum delinquentis sit in arbitrio Dni lo. Ten. ptatis uel eius Judicis & Talis Crudelis filius uel alius descendens à bonis et here ditate paterna uel alterius descendentis priuetur. bona uero et Jura filiorum sic delinquen quorum proprietas ad eos pertinent, perdant, et pleno Jure ad parentem per lineam ma sculinã offensam deueniat et de ipsis possint liberè testari et deliberationes facere. Volumus tamen quod si à parentibus fuerint heredes instituti uel aliquid quocumque titulo legatum seruetur uoluntas Testantis et uinculo Iuramenti per officiales exequutioni mã dari debeant et de premissis omnibus inquisitionem facere. Et si filius uel alius descen dens per quamcumque lineam infra dictum Tempus uel ante penituerit comisisse in patrem uel alium ascendentem. et ita per offensum pietate comotus supplicatus fuerit dictis officialibus, debeant eum restituere, et ueniam Impartiri Consideratis considerandis; quod totum in arbitrio dictorum officialium intendimus remanere. Et predicta uendi cent sibi locum tam in legiptimis quam nõ legiptimis natis. Insuper statuimus quod Lo. Ten. ptas, uel Judex teneantur sub pena quinquaginta librarum den. ad petitionem parentis uel alterius eorum qui essent boni uite, conditionis: et fame capere filios ipsorum et in carcere ponere, et detinere de uoluntate cuiuslibet eorum: nec sine uoluntate alterius eorum debeant relaxari pro emendatione et correctione ipsorum filiorum nõ bonam uitam ge rentium: cum tamen semper preualeat uoluntas parentis masculi ascendentis.

QVOMODO puniantur Maleficia inter coniunctos Comissa, et de Pena Parricidij

SI PR, uel MR aut aliquis ex ascendentibus percusserit cum ferro uel sine fer ro, etiam cum sanguinis effusione, uel uerberauerit filium, nepotem uel descendentem ex eo uel si Magister uerberauerit sine ferro etiam cum sanguinis effusione discipulum correctionis causa dummodo ex correctione nõ sequatur mors, membri debilitatio, uel mutilatio, Lo. Ten. ptas, uel Judex habens congnitionem nõ possit contra percusso res procedere. Sed si mors, uel membri debilitatio sequatur uel mutilatio, facta percussione malitiose sine ferro, Tunc et eo casu possint procedere ad penam ar bitrio eorum imponendam Consideratis qualitatibus, circumstantijs maleficij, et conditio nibus personarum. Si uero percusserit cum ferro maliciose ex qua percussione mors

sequuta fuerit uel membri debilitatio seu mutilatio puniri debeat in pena qua puniri deberet si alium occidisset uel percussisset secundum formam statutorum. Si uero filius, uel alius ex descendentibus per lineam masculinam uel femininam percusserit, uel uulneraverit sine ferro patrem, uel auum paternum, maternum, matrem uel auiam maternam uel paternam seu alium aut aliam ascendentem. et ex percussione sanguis exiuerit, uel non exiuerit puniatur ea pena qua puniri debet sub Titulo de pena filiorum offendentium parentes: sed si ex percussione uel offensa facta cum ferro cum sanguine uel sine, uel sine ferro et mors sequuta fuerit capite puniatur, ita quod moriatur. Si uero membri debilitatio uel mutilatio sequatur manus dextera sibi amputari debeat. Si uero non fuerit sequuta mors, membri debilitatio uel mutilatio, sed sanguis exiuerit puniatur et condemnetur duplici poena qua deberet puniri et condemnari si alium predicto modo offendisset, Et facta concordia omnis pena sublata intelligatur, ponatur tamen in carceribus usque ad annum completum et si non pateretur se poni beneficium concordie sibi non patrocinetur et in dictis casibus idem filius uel alius descendens offendens priuetur hereditate ascendentis offensi secundum formam dicti Capituli. Si autem maleficia comissa fuerint etiam sine ferro et cum effusione sanguinis non interueniente morte, uel membri debilitatione uel mutilatione inter fratres carnales consobrinos, cognatos, uel agnatos, inter patruos, uel nepotes, uel inter maritum et uxorem uel inter coniunctas personas etiam per affinitatem usque ad tertium gradum secundum Jus Canonicum, uel qui simul starent in eadem domo et familia [illegible] cum ferro, sine sanguinis effusione. Ill. Dominus Potestas, et Judex non possint contra predictos inquirere nisi ad requisitionem offensi, que constaret manu publici notarij. Sit tamen licitum tali offenso accusare, et super ipso procedi ad punitionem ac si alium extraneum offendisset, et habita pace ab offenso tollatur pena in totum: ¶ Sed si mors sequeretur membri debilitatio, uel mutilatio, pene impositio remaneat in arbitrio dictorum officialium, uel cuiuslibet eorum considerata conditione, qualitate personarum et malleficij Si uero percussio fuerit facta cum ferro Sanguis exiverit uel mors, aut membri debilitatio, uel mutilatio interuenerit tunc puniatur et condemnetur ea pena per omnia qua puniri deberet si contra alium predicta uel aliquod predictorum comissa fuissent: non derogando Capitulo contra homicidas.

C. DE PENA incendiariorum et de incendijs

SI QUIS studiose incenderit aliquam domum existentem in terra castri Plebis

uel eius comitatu uel Capponnam, in qua quis habitaret, uel familiar solitus ha bitare, et ex ipo incendio domus uel Capponna in totum, uel pro maiori parte cobusta fuerit, tale incendium mittens igne crcmetur ita q moriatur et si dca domus uel Capponna no combureretur in totum, uel pro maiori parte puniat in lib. ducenty den. quas si soluen no poterit infra decem dies a die late sententie manus dextera debeat amputari. Qui uero studiose incenderit domu, Capponna, trasceendam uel alium locum similem in lib. ducenty den. condemnetur si in totum uel pro maiori parte combustus uel combusta fuerit: si uero non i totum uel pro maiori parte in centu lib den. quas penas si soluen no poterit in fra decem dies a die late sententie, uel saltem a die quo peruenerit in fortiam cois castri plebis, manus dextera debeat sibi amputari.

DE PENA Vocantium seu trahentium aliquem, ad aliam Curiam.

VICVMQ, uocauerit aliquem ad aliam Curiam, siue in Terra castri plebis, siue extra Terram, et eius districtu, teneat reficere expensas sic uocato si fuerit laycus: c de predictis possit inquiri per off.les dicte Terre nisi trahe retur ad Curiam usurariam: uel papalem, Et si clericus uocauerit aliquem de dca Terra [illegible] per domini lo. Ten. potestatem, uel Iudicem nec in Ci[illegible], nec in Crim[illegible] [illegible]diatur: in alijs enis Causis, Si uero quis traxerit [illegible]nem de dco castro extra districtu ad aliam curiam occasione cuiuscumq [illegible] cuius cumq contractus de quacumq, et que pertinerent ad forum seculare ultra refectio nem expensar cdemnari debeat in lib. quadraginty. in quam penam incurre intelligat qui accusauerit aliquem, uel inquisitionem fieri fecerit in alia cu ria qz in curia Terre predicte.

DE Penis blasfemantium uel maledicentium Deum et Sanctos.

VONIAM obstinata vitiorum malignitas Iustitia prouocat ad uindictam statuimus q quicumq tante iniquitatis et superbie extiterit q dnim deum no strum sub quocumq nomine trium personarum uel VIRGINEM Mariam uel Sanctos uel Sanctas dei quescumq maledixerit: Si deum dicendo maladecto sia dio, uel sconficito sia dio, uel io ne fo le fiche adio uel similia aut equipollentia verba

si concede licentia a Bastiano di Cristofano di portare
a niane [sic] maxaraco di giorno e di notte e senza lume
per tutta la citta e voi barigello e officiali per tal decto
no li molestarete

6 S √ bis

hoc statuto verbis nō expressa, cōtra Deum aut christum, uel predcā uerba aut e-
quipollentia contra Virginem Mariam, uel Iurauerit per aliquod membrum uitupe-
rosum uel aliquem locum inhonestum corporum alicuius eorū puniat in libris uiginti
quinq. den. pro quolibet & qualibet uice de facto: & Lo. Ten. ptas, uel Iudex in
predictis Iurisditionem habentes Teneantur infra decem dies sine aliquo alio processu
postq. de predictis notitiam habuerit exequtionem facere sub pena centū lib. den.
de suo Salario retinendarū Tempore Sinticatus & predicta locum habeant in his
qui semel tantum aliq. predictorū cōmiserit: Si uero quis secunda uice tale cri-
men cōmiserit duplici pena puniat si prima uice condemnatus soluerit, Si autē
Tertia uice peccauerit & soluerit de duabus primis uicibus uel fuerit condemnatus
de ipsis, Triplici pena puniat Intelligendo q duplicet & Triplicet illud primū
simplum: et sic omni uice seruetur. Si quis aut Iurauerit per alia membra uel
Viscera, uel interiora dei uel sue matris virginis marie vel dixerit Adispetto
de Dio, uel similia uerba, aut Virginis Marie puniatur in libris decem den.
Si uero Iurauerit per mortem, uel clauos, uel ossa alicuius eorū soluat libras
quinq. den. pro qualibet uice. Si aut aliquis maledixerit aliquem ex sctis suis
uel iurauerit per aliqua membra uel loca inhonesta corporis alicuius eorū pu-
niatur in lib. decem den. Si uero per mortem Iurauerit, uel ossa aliquod ue
ex interioribus dcōrū scōrū puniat pena quadraginta sol. pro qualibet uice.
& contra predcōs procedatur et duplicetur & Triplicetur pena pro ut supra dictū
est de blastemantibus Deum, aut beatam Virginem: In quibus omnibus casibus po-
ssit procedi per accusationem publici, uel secreti accusatoris querelam publicā
uel secretam, & inquisitionem probando per duos Testes predicta: et de predictis
penis effectualr exequtis Lo. Ten. ptas, uel Iudex aut eorū curiam Tertia
partem habere debeant in omni casu Tertiam aut lucretur accusator Et si in
predcis Idem officiales fuerint negligentes incidant in penam quinquaginta lib.
den. pro qualibet uice: De quibus expresse sindicari debeant.

De Pœna frangentium uel comburentium Domum, capannā Molendini, uel Vineam

QVICVMQ. fregerit domum uel Cappannam uel molendinum alt. si fuerit de
die soluat quinquaginta lib. den. Si fuerit de nocte, soluat centum lib. den.
et damnum emendet in utroq. casu: Et si soluere nō poterit amputetur ei pes
a crure & de premissis possit inquisitio fieri. Si uero quis inciderit uineam In-
cidat in penam suo loco declaratam: Et si studiose cōbusserit domū uel cap-

pannom alicuius, contra eos locum habeat pena sub suo Capto dicta: et si ex dicta combustione fuerit pallearium feni, paleç, uel aliquid aliud combustum intelligat pena dupplicata, quã si soluere nõ poterit infra decem dies à die latç sententiç amputetur ei pes dexter, et nihilominus dampni tale per vicinos extimandu emendari debeat patienti.

DE PENA LUDI TAXILLORUM ET CARTARUM

NEMO ludere audeat ad ludum Cartarum cuiuscumque generis nec taxillorum aut azarum, In quibus quantitas uel species perdi possent, et qui contra predeã fecisse inuentus fuerit, siue per uiam secreti accusatoris, uel per uiam inuentionis incidat in penam decem lib. den. pro quolibet et qualibet uice. In quam penam incurrat etiam, hij, qui dictum ludum in domo apoteca, uel qualibet alia habitatione tenerent: et omnis ille qui prestarit, aut quoquo modo mutuaret ludentibus rem aut quantitatem eam perdat nec repetat seu repetere possit. liceat autem in feriatis temporibus estatis habitantibus uel non habitantibus et existentibus in platea sci cernasij ad aleas ludere sine pena: et simili ad ludum mendicatorum. In quibus casibus per officiales terrç castri plebis, uel aliquem eorum procedi debeat de facto absque processus institutione constito de ueritate. Et si quis pretenderet speciem uel quantitatem ex ludo uel occasione dicti ludi deberi in iudicio cum Judicij constitebit, petenti nullo modo Jus reddatur.

DE Poena extrahentium bladum de terra uel Districtu Castri Plebis

NEMO extrahat granum, farinam, ordeum, bladum, de territ.o uel districtu castri plebis in granis uel spicis aut aliter causa portandi ad alias partes, et quicumque inuentus fuerit contra facere uel contra fecisse soluat pro pena lib. quinquaginta den. pro qualibet salma, uel a salma infra, et bestiam. Et si bestia erit alicuius de Castro plebis dño reddatur, et nihilominus contrauemiens teneatur soluere ualorem ipsius bestiç: et quilibet possit in premissis accusare et habeat quartam partem poenç, bestiç et salmç et in his, et super his, inquiri possit, et si dictam penam in termino sibi assignato soluere nõ poterit, amputetur ei pes uel manus dextera: Qui uero habuerint domos uel familias in terra uel districtu

castri plebis, laboritia aut extra districtus bladum sine pena portari possint pro eorum victu et necessitate. Teneantur autem priores vinculo iuramenti recollecta deputare unum notarium per totum districtum, qui describere debeat bladum, et quantitatem: et precipere in scriptis, quod unusquisque portare debeat bladum suum ad terram castri plebis sub pena quinquaginta librarum pro quolibet et qualibet vice. et de premissis similiter inquiri possit, super quibus offitiales domini lo. tenentis et potestatis procedere teneantur sub pena lib. vigintiquinque pro quolibet et qualibet vice.

De pena mittentium ignem in stipulis

Quilibet sit licitum ignem mittere in stipulis post festum sancte marie de mense aug. in campis et extimis quocumque voluerit dummodo tempus non sit ventosum, si vero dicto tempore quis immiserit, et ea occurrerit in rebus cois castri plebis vel particularis persone dampnum dederit incidat in penam vigintiquinque lib. et nihilominus dampnum patienti emendare teneatur estimatione facienda per extimatores cois vel duorum proximiorum in loco dicti dampni extra eorum interesse.

De pena vendentis rem duobus

Volumus ac etiam ordinamus quod si aliquis vendiderit alicui rem aliquam vel ius aliquod de eas alicui cesserit una vice et post ipsam venditionem vel cessione iuris rem ipsam alii vendiderit, aut uni vel pluribus cesserit eodem modo pro qualibet vice pena dupli valoris rei vendite vel iuris cessi: et secunda venditio vel cessio non valeat ipso iure in preiudicium primi emptoris vel cessionarii, et habeatur pro fictitio et simulato et dolo vel metu inito: et primus emptor secundo preferatur et in possessionem dicte rei manuteneatur, conservetur et defendatur, etiam si secundus emptor vel cessionarius quoquomodo adeptus erit possessionem: et nihilominus ad defensionem rei vendi[...]

vel cedens dicto primo emptori, [...]

eos facti. Secundus vero [...]

rei vendite vel iuris cess[...]

ditorem secundum fo[...]

S[TATVIMVS] quod si seruus uel famulus. uel famula, ragatius, uel scutifer, alicuius ruperit pactum dño cum quo staret, uel eum dimiserit sine sua uoluntate, qui ei seruiat, continue toto tempore quo seruire promiserit quinquaginta lib. den. coi castri plebis soluere teneatur. Ita q etiam q tempus, pro q promiserit dño seruire, debeat duplicari: et nihilominus dominus non teneatur ad aliquod salarium, nisi solum pretium q dom promisit et intelligatur factum factum durat[urum] per annum inter dominum et supra nominatos si hoc legiptime probatum fuerit dummodo nõ discesserit culpa dicti dominj, aut q seuiat in eum, uel eos, uel q sibi nõ subueniebat in necessitatibus, uel nõ soluebat partem pretij eduenetij qui si probata fuerint per famulos uel famulas, seruientes, scutiferos, uel ragatios unum uel plures ad dictam penam nõ teneat ullomodo. Si quis autem scienter retinuerit uel receperit supradcõs uel unum ex eis sine uoluntate primi dominj durante seruitio promisso incidat in penam librarum uiginti quinque, et eum uel eam nõ debeat retinere facta sibi protestatione à primo uel nomine primj dñi in presentia duorum testium.

De pena laboratoris meteritis trituantis aut uindemiantis uel etiam uendentis rem quam habeiet ad laboritium inrequisito domino &c.

SI COLONVS, uel laborator alicuius meteret, trituaret, abonchiaret, uineam uindemiaret, ad aream conduceret bladum extra bona sua uel oleum ex oliuis faceret, irrequisito domino rei cõcesse ad laboritium incidat in penam librarum uiginti quinque den. et teneat ad interesse ad dominum domino, eius iuramento declarando in uno teste de eo, q uere similiter fuerit ablatum inspecta qualitate personarum, et rei: sufficiat tamen laboratori de requisitione facta probatio per unum testem ueritate cum suo iuramento: Si uero laborator rei alicuius uendiderit rem habens ad laboritium, uel aliquem in poss. mitteret dicte rei sua autoritate [...] lib. den. Et q res sit ad laboritium [...] probatio talis uenditio sit [...] poss. in missus manu mili[...]

[...]cionem alicuius rej qua

moriens

moriens, seu faciens ultimam voluntatem ei dimisisset, seu reliquisset, contra vero faciens in viginti quinq; libras den. Et Tenutam quam acceperit restituere teneatur cum facultate repetendi ab herede eamdem rem: Et hoc locum non habeat in herede universali instituto vel ab intestato succedente; quod si in legato relicto fuerint verba: et in his heredem instituit, possit propria autoritate dicta bona capere: et similiter si Test.or dederit licentiam: vel legatarius reperiatur eamdem rem in vita retinere quod possit continuare absq; pena supradicta.

¶ DE Poena exterminantis, vel Termini extrahentis.

Si quis exterminaverit, seu Terminum removerit existentem pro diffinitione rerum vicinorum, Sit pena quinquaginta libras pro quolibet Termino et nihilominus in suo loco Terminus reponatur per eamdem sententiam. Nullus vero audeat exterminare, seu terminos extrahere, qui essent inter rem seu convicinantiam alicuius Comunitatis et bona particularium personarum sub poena centum lib. den. Et de predictis quilibet possit esse accusator. Ordinamus etiam quod nullus habens, vel possidens aliquam rem immobilem iuxta grippum alterius ex parte inferiori: ut Termini cadant vel grippus minetur ruinam, possit se appropinquare Termino seu grippo cum aliqua forma; seu formam facere ad duos pedes ad pedem Comunis castri plebis, et fiat et fieri possit cum dicta forma duobus pedibus tantum, et qui contra fecerit vel fieri fecerit pro vice qualibet puniatur in lib. viginti quinq; den. Et ad probationem predictorum sufficiat apparere formam contra dictum modum et habeatur pro plena probatione contra eum, cuiuscumque res forma missa fuerit. Possit etiam Iudex ad petitionem cuiuscumque petentis ad videndum ire: Et si invenerit formam factam contra normam legis presentis condemnari debeat faciens, vel fieri faciens pena predicta et huiusmodi relatio in actis facta a Iudice habeatur pro plena probatione, dummodo in eundo fuerit etiam pars citata. Volumus etiam quod quis non possit laborare, neu laborari facere iuxta grippum alterius, vel quam haberet comunem cum aliquibus iuxta viam vicinalem, prope ad duos pedes, sub pena predicta, quod si ex appropinquatione grippo vel vie facta devastatio grippi vel vie facta fuerit intelligatur ipso iure condemnatus ad refectionem grippi vel vie in eadem sententia sive fuerit petitum, sive non.

¶ DE Pena percutientis Custodes comunis.

Si quis appensate, vel dolose offenderet aliquem Custodem deputatum vel positum ad custodiam dicte Terre castri plebis de die vel de nocte dum ipse custos venis

uel plures stabit ad facien custodiam in loco deputato, et sibi ordinato: Talis offendens condemnetur in duplo illius pene contente in statuto de illo maleficio quod comitteretur: saluo in ultis capitulo de comittentibus homicidium.

DE Pœna dicentium falsum Testimonium etc.

SI ALIQVIS dolose fecerit uel dixerit falsum Testimonium in aliqua causa ciuili uel criminali, et probatum fuerit incidat in penam centum librarum den. pro quolibet et qualibet uice in quam penam etiam incurrere intelligatur omnis ille qui ad falsum Testimonium facien. persuaserit, induxerit et consilium dederit. Et in ultis condemnetur ultra dictam pœnam ad expensas et interesse parti que lesa esset ex dicto Testimonio sic falso deposito: quod si in utroque casu condemnatus infra decem dies à die late sententie numerandos non soluerit aut soluere non potuerit amputetur et amputari debeat ei lingua, itaque redimi non possit quoquo modo: et in his nullum beneficium prosit preter confessionem.

DE Pœna negantis instrumenta, uel opponentis contra instrumentum nomine non factum a notario.

QVICVMQVE negauerit coram dño lo. Ten. potestate, uel Judice contractum per se factum de aliquo debito pecuniario, soluat penam que in ipso contractu continetur illi uel illis quibus fecit, seu fecerit aut suis heredibus, uel habentibus ius ab eo: et contenta in contractu obseruare teneatur: sed si non negauerit contractum de aliquo debito pecuniario, pena peti non possit. Si uero opposuerit quis contra Instrumentum factum à Tabellione quod non sit not. et deinde constiterit per priuilegium, uel quod steterit in possessione Tabellionatus per Triennium, exceptio talis reiici debeat, et opponens condemnari in quinquaginta lib. den. Nec possit opponi concessor talis priuilegij non habuerit autoritatem concedendi: sed dicta pena, et ad probandum quem esse not. sufficit quod sit in possessione ut supra: uel quod fecerit plura instrumenta per sex menses ante, uel per litteras Testimoniales sui Cois si forensis esset uel per duos Testes de fama.

DE Pœna petentium debitum iam solutum.

QVICVMQVE petierit debitum iam solutum per se uel alium de quo sit satis

factum creditori, uel alicui pro eo et probata fuerit solutio per duos testes qui interfuerint solutioni, uel audiuissent se creditorem uocari contentu[m] et pagatum de d[i]c[t]o debito, soluat tantundem Co[mmun]i castri plebis, quantu[m] erit debitum petitum solutum pro quolibet et qualibet uice: et de predictis inquiri possit, Et si quis de castro plebis uel eius comitatu habebit aliquod instrumentum, uel scriptu[m] concellatum, uel laceratum de debito contracto per eum uel suum antecessorem cu[m] aliquo forensi, habeat[ur] tale debitum instrumenti, uel scripture concellate pro satis facto ac si haberet instrumentum refutationis et habeatur pro plena probatio ne instrumentum concellatum redditum debitori manu creditoris uel eius procuratoris. Si uero refutatio facta per quemcumq[ue], qui fuerit procurator, factor uel socius alicuius creditoris, uel qui ius haberet a creditore et probaret[ur] per publicam formam per scripturas [?] testes q[uod] talis fuerit procurator, uel factor, aut socius alicuius creditoris et sufficiat probatio duorum testium fide dignorum de refutatio ne facta siue confess[ione] fuit debitum recepisse. Dummodo hoc no[n] habeat locum in instrumentis confessionatis contra qui[bus] instrumenta ad probandum solutum et restitutum debiti concellati, uel q[uod] creditor uocauerit, se contentum: seu dixerit sibi esse satisfactum no[n] admittatur probatio Testium.

DE Pœna Improperantium aliquem eorum officiales.

(1)[?] QUIS dixerit alicui iniuriam coram d[omi]no Lo[cum] Ten[enti] potestati uel Judice aut etiam exequutore uel notario maleficiorum Terre castri plebis soluat et soluere teneatur duplum illius pœne in qua[m] incideret iniuriam per formam Capituli loquentis de pena iniuriantium: quam pena[m] soluere teneatur siue aliqua accusatione denunciatione inquisitione uel processu, dummodo cum dicto offitiali concurrat probatio unius Testis. Et possint prefati D[omi]ns Lo[cum] Ten[ens], et Potestas inspecta qualitate iniuriarum, dignitate, et qualitate personarum: arbitrio eorum in aliquo casu augere prout uisum fuerit

DE Pœna Iniuriantium uel improperantium iniurias et de uerbis iniuriosis

QUICUMQUE improperauerit seu rinfacciauerit alicui homicidium uel percussionem factam in facie, unde signum euidens remanserit, uel debilitationem alicuius membri, uel iniuriam aliquam personalem illatam, uel illatam in personam eius uxoris

uel uiri alicuius consanguinei, uel coniuncti pro quolibet et qualibet uice soluat lib. uiginti quinque den. Si uero aliam iniuriam personalem improperauerit, que facta fuerit, in uiginti lib. den. condemnetur. itaque pro improperatione predicta, successiue pluribus uicibus facta, condemnari non possit ultra penam centum lib. Si uero quis dixerit alicui mentis per gulam, uel ngogliosi fur / latro / falsarius / cornutus / uel aliam similem iniuriam pro qualibet uice lib. quinque den. soluat: Forensi uero transeunti per uiam uel stratam medietatis dicte pene et de predictis ad querelam et per inquisitionem possit procedi: et qui improperauerit alicui iniuriam, de qua sit facta propterea soluat lib. uiginti quinque denarios. Si uero dixerit alicui homicida soluat centum sold. den.

DE Pena facientium falsum instrumentum uel scripturam aut alio modo [illegible]

QVICVMQVE fecerit, uel fieri fecerit aliquam Cartam, uel Instrumentum falsum dolose: ac scienter, soluat Coi castri plebis centum lib. den. et parti lese interesse. Et si dictam penam infra terminum decem dierum a die late sententie non soluerit, aut soluere non potuerit, amputetur ei manus dextera. Quicumque uero cuiuscumque conditionis aliquam scripturam publicam, uel priuatam mutauerit addendo uel minuendo, aut mutando aliquid substantiale quomodocumque, et qualitercumque, in eandem penam condemnari debeat: et nullus tale instrumentum scripturam corrigere addere minuere possit, sicut de sua processerit conscientia: Si autem aliquis contractuum mutaret, uel cambiaret sibi nomen in contractu soluat nomine pene lib. quinquaginta den.: In quam penam teneat qui cum eo contraxerit, si sciuerit de mutatione nominis: et quicumque scienter usus fuerit tali instrumento quocumque modo uel causa soluat centum lib. den. Et si infra tempus supradictum non soluerit, aut soluere non potuerit amputetur ei manus dextera itaque a brachio separetur: et de premissis per accusam seu inquisitionem procedi possit.

DE Pena furis nocturni et domum frangentis, et inuenti in Domum

QVICVMQVE fecerit furtum, uel furari uoluerit in domo alicuius, et intrauerit dictam domum de nocte: Si ille cuius domus fuerit uel eius famulus uel alius qui stant

in ipsa domo illum furem interfecerit in dicta domo ad penam aliquam minime teneat. Si uero quis inuenerit aliquem ad frangendum domum, quam habitaret siue sit propria, siue non, uel inuenerit in ipsa domo, de die uel de nocte, ad furandum, aut causa furandi, uel causa carnaliter cognoscendi uxorem suam, uel filiam, uel, neptem, uel cognatam, uel aliquam aliam suam consanguineam uel familiarem cum eo in domo manentes, et eum offenderit, uel interfecerit ad penam aliquam minime teneatur.

De Pœna intrantium aliunde quam per portas

QVICVMQVE intrauerit, uel exiuerit castrum Castri plebis, aliunde quam per portas, dicti Castri soluat comuni nomine pene lib. uigintiquinque den. si de die fuerit: Si uero de nocte lib. quinquaginta den. Si uero quis de dicta Terra ex hominibus intrauerit, uel exiuerit, dictam Terram aliunde quam per portas soluat comuni lib. quinquaginta den. de die, si uero de nocte duplum dicte pene. et si dictam penam soluere non potuerit infra quintam diem post post condemnationem de eo factam amputetur ei pes dexter. Si autem aliqua persona intrauit uel exiuit dictam Terram aliunde quam per portas causa faciendi proditionem uel dictam Terram, uel regimen quod nunc habet mutare: strascinetur per dictam Terram de porta in portam: et postea suspendatur per gulam, itaque moriatur, deinde diuidatur in quattuor partes uel plures secundum numerum portarum: et super unaquaque porta suspendatur portio dicti corporis mortui: et super predictis omnibus et singulis inquiri possit

Pœna Portantium Arma

SI QVIS detulerit stocchettum, siue quatrolettum, cultellum acutum, falcionem, spiedum, ronchonem, falcastrum, spatam, Alabardam, lanceam, spontonem, uel aliquod genus armorum ad offendendum ordinatum, in presenti Capitulo non declaratum puniatur pro quolibet et qualibet uice pena decem lib. Et si quis fuerit inuentus portare bastonem, plumbarolam, uel mazzam ferratam, uel mazzam sferratam de ligno, puniatur pena quinque lib. den. Et Arma predicta a quolibet ea portante auferantur et applicentur Curie et officialibus qui pro tempore erunt: Et si quis autem portauerit chirotecas, uel Tabulatium non ferratum, panzeriam, uel bracialettos, puniatur pena quinquaginta solidorum denariorum. qua pena puniri debeat qui maliciose lappidem portauerit et de pena bastoni predicti an maliciose uel non uel

animo nocendi fuerit portatum stet in providentia dni lo. Ten. uel potestatis, et nō intelligat in hominibus qui uadunt post bestias: Si quis aut fuerit inuentus portare ad offenden. arma, deputatis in platea cōis castri plebis uel prope ipsam plateam per quinq; passus, uel in palatio uel prope palatiū dnor priorum uel dni potestatis, pena quatruplici puniat pro quolibz ex dcis armis inuentis quam soluere deberet si inuentus foret alibi qm in platea, possint aut castriplebenses uel in eo habitantes eundo foras per se uel eor famulos arma offendibilia portare absq; aliqua pena dummodo in puncta armor sit infixum corium, uel lignum, pomus uel aliud prout hactenus fuit consuetum, Si tn aliquis cum signis predcis fuerit inuentus in aliqua Taberna, uel domo, ubi uinū uenderetur: qui diceret se in comitatu, uel de comitatu uenire condemnetur et puniat secundum formam huius Capituli. Volumus etm ut Tollatur materia portandi arma qd dns lo. Ten. uel potestas per officiales suos rimari faciat pro inueniendis arma portantibz contra formam sui predictam, et si contra fecerint pro quolibet mense lib uigintiquinq; den. soluat, et dicte pene armor augumentari nō possint ratione noctis nisi in armis aptis ad offendendū: Et si portans arma aufugerit ante familia alicuius offlis puniat ac si haberet arma, et inuentus esset cum eis: in quam penam incidat qui scruta ri nō permiserit.

De pena receptantium exbannitos

Si scienter Villa aut aliqua specialis persona receptauerit uel retinuerit aliquem exbannitum pro aliquo malefitio, uel ei consilium dederit, qui pbcum crimen commisisset occiden. uel percutiendo cum sanguinis effusione post condemnationem factam de predcis aut aliquo predcor incidat in penam quinquaginta lib den. Et quilibet possit de premissis accusare, et habeantur quartam partem pene. Teneantur etiam Sindici uillar Tales receptantes denumptiare, Et si talis condemnatus et receptatus offenderit aliquem in Terra castri plebis uel eius Comitatu occidendo, aliquem de Castro plebis, uel eius comitatus, Talis receptans puniatur pena quatricentar lib den. Si uero aliquem offenderit cum effusione sanguinis, cum membri debilitatione, Truncatione, signo uel cicatrice puniat pena centū librar den. Si uero cum effusione sanguinis solum, pena quinquaginta lib. den. puniatur. Et si aliter offenderit quocumq; modo sine

sanguinis effusione, puniatur pena xxv. lib. den. et intelligatur esse receptatus qui ipsum retinuerit per duas horas de nocte, de die per quattuor: et receptans puniatur penis supradictis. Quando receptatus infra diem receptationis committeret predicta: et predicta locum non habeant, in receptantibus exbannitos pro turbata possessione pro damno dato, pro precepto spreto, nec in bannitis occasione captionis columbarum nec etiam in alijs quibuscumque exbannitis Terre castri plebis a quinquaginta lib. infra: penis aut supradictis non vendicent sibi locum in ascendentibus receptis descendentes, et e contra usque ad tertium gradum, nec in uxore recepta maritum, quibus omnibus per tempus decem dierum liceat receptare sine aliqua pena.

C. De Premio capientium exbannitos et pena se opponentium se capientibus eos.

Siquis de Terra castri plebis vel eius Comitatus, aut etiam aliquis ex officialibus Dni lo. Ten. vel potestatis ceperit aliquem exbannitum et condemnatum dicte Terre castri plebis, habeant et habere debeant quartam partem illius quantitatis pecunie que pervenerit ex causa dicta in Commune, dummodo exbannitus sit pro malleficijs, et non pro debito. Si quis autem caperetur qui esset exbannitus et condemnatus in lib. quinquaginta vel ab inde supra et non possit solvere condemnationem infra decem dies postquam fuit captus publice per totam salam magnam palatij potestatis fustigetur et dimittatur et sit exbannitus per unum annum. Si vero in defectu erit pena corporis afflictiva in aliqua parte corporis mandetur executioni: et si fuerit condemnatus in tercentum lib. den. vel ab inde supra et pervenerit in fortiam Communis, et non poterit solvere suam condemnationem infra viginti dies, amputetur sibi manus dextera. Et si fuerit condemnatus in centum lib. vel abinde supra usque ad dictam quantitatem fustigetur per plateam publice, et dimittatur: et exbannitus sit per Triennium: Et si fuerit a viginti quinque lib. supra usque in centum lib.: et non fuerit condemnatus in aliqua parte corporis et non poterit solvere fustigetur per salam ut supra dictum est et stet per quinque dies ad petronem incarceratus et postea dimittatur, et predicte fustigationes non intelligantur in nostris Terrigenis condemnatis a centum libris infra qui fuerint in fortiam Communis, sed semper stet captus in captivitate Communis donec condemnationem solverit: et in talis captus non solverit Condemnationem Tempore officialis qui esset quando caperetur Tunc Commune solvere debeat Capientibus dictam partem Et in omnibus dictis casibus non debeat ri

Carceri, donec restituerit Comuni quicquid Comune solverit pro captura.

De poena prestantium auxilium uel fauorem delinquentibus.

Statuimus et ordinamus quod quicunque dederit uel prestiterit alicui malefactori auxilium uel fauorem ad aliquod maleficium faciendum, uel ipsum malefactorem euadere fecerit uel capi inhibuerit, uel post maleficium receptauerit debeat pati soluere et substinere eandem penam, quam pati soluere et substinere deberet ipse principalis delinquens.

De poena eximentium captum de manibus curie.

Si aliquis per uim abstulerit, seu exemerit uel auferri seu eximi fecerit officialibus uel famulis uel familie domini locumtenentis uel potestatis Terre castri plebis aliquam personam que capta duceretur, uel detineretur ab ipsis officialibus famulis et familia alicuius maleficij comissi per ipsam personam puniatur ea pena pecuniaria quam pati debebat Talis captus, ex causa qua captus erat. Si autem debebat Talis captus puniri ad mortem uel ad membri perditionem, seu amputationem, uel alia pena personali puniatur in quingentis libris denariorum nisi ille qui eximeretur esset in dictis penis condemnatus, nam Tunc quilibet eximens puniri debeat ea pena qua puniri debebat exemptus, et in dicta exemptione eximens, auferens, impediens executionem, impune eo Tempore offendi à familia ducente possit. Si uero Universitas alicuius uille ceperit seu exemerit, uel capi aut eximi fecerit de manibus familie locumtenentis uel potestatis dicte Terre, puniatur si captus ueniebat pena pecuniaria puniendus in libris Trecentis denariorum. Si uero in aliqua penarum corporalium supradictarum in penis quingentis libris denariorum et in dictis casibus singulares persone dicte Universitatis grauari possint. Sed si captus uel exemptus esset debitor alicuius priuate persone, Talis capiens eximens captum uel eximi faciens de facto cogatur per dominum locumtenentem uel potestatem ad soluendum dictum debitum creditori ad cuius petitionem captus erat sine aliquo processu uel sententia, solum uiso Instrumento crediti, uel facta probatione per aliquod genus legiptimum et quod culpa sua idem debitor captus exemptus fuerit. et nihilominus condemnetur in libris .xxv. denariorum. Commodo deinde creditor Tempore quo recipit solutionem Teneat ceder

vira que sit contra dictum debitu dicto solvent. Si vero ex quacumque alia causa
duceretur, per familiam dictorum officialium exemptus quis fuerit, eximens de facto
absque aliqua condemnatione, vel processu gravetur in libris viginti quinque, et quicumque
fuerit requisitus per dictos officiales, aut familiam alterius eorum et non prestiterit
pro posse auxilium in eadem pena puniatur: Et si fuerit Sindicus alicuius
communis vel villa in quinquaginta lib. den. puniatur.

De pena auferentium pignus ballitori vel exequutori

Quicumque abstulerit pignus ab exequutore, not.o d. d. vel a balitore misso a
d. Lo. Ten. potestate vel not.o solvat auferens. In quolibet casu predictorum lib. decem
den. et pignus restituat, et postea cognoscatur utrum pignus fuerit iuste vel
iniuste acceptum. Si vero abstulerit faciendo aliquam contumeliam alicui predictorum
vel aut verbis, aut factis puniatur pena xxv. lib. den.

De pena offendentium Lo. Ten. Potestatem Priores Iudicem Cancellarium vel alios officiales

Ut officiales Castri Plebis conserventur illesi, ut illi quos dei timor
non revocat a malo saltem pena debita castigentur: ordinamus quod si aliquis au-
sus fuerit offendere aliquem d. Lo. Ten. potestatem, Priores, unum vel plures,
Iudicem, Cancellarium, vel alios officiales dum fuerint in officio tam in terra ca-
stri plebis quam extra in quocumque loco fuerit durante officio sive causa officii
sive non: vel post depositionem officii causa ipsius officii per unum mensem, in offi-
cialibus: in Prioribus, per octo dies, a tempore depositi officii occidendo: membrum
mutilando, aut debilitando, aut percussionem in facie faciendo ex qua signum in fa-
cie sit perpetuo remansurum Capite puniatur, Itaque moriatur: et omnia e-
ius bona Communi castri plebis publicentur. Si vero eundem percusserit cum ar-
mis, cum sanguinis effusione durante dicto officio et causa ipsius officii vel post
depositum officium intra dicta tempora ex causa predicta sibi manus dextera debeat
amputari: Sed si aliter offenderit, quadrupli pena puniatur, et eadem pena
locum habeat in ordinantibus, mandantibus auxilium, vel consilium prebentibus
et contra predictos delinquentes possit inquiri etiam per unum testem, Indicia vel, ut

saltem per publicam famam, si offensio facta fuerit durante officio. post uero per publicam uocem et famam sufficientium ad minus, et si offenderit aliquem ex familia supradictorum puniatur duplici pena, qua alij punirentur et eadem pena fieri faciens, ordinans sine tractans, prestans auxilium consilium et fauorem. Et in omnibus supradictis casibus ubicumque quis ueniret pena pecuniaria puniendus, constito de ueritate criminis, etiam absque processu de facto grauari debeat ad dictam penam soluendam.

De pœna offendentis forensem.

QUICUMQUE fuerit condemnatus per curiam Castri plebis de offensione facta alicui forensi: et uoluerit uenire ad mandata curie et soluere quantitatem que continetur in statuto, uel ordinamento illius terre de qua esset talis forensis, offensus debeat eius condemnatio cessari et irritari: et si fuerit exbannitus rebanniatur mostrando in publicam formam statutum terre illius forensis non obstante quod in maiori pena esset per curiam Castri plebis condemnatus: et ut sciatur que pena sit imponenda forensi offendenti forensem. Statuimus quod si aliquis forensis offenderet aliquem forensem in terra uel districtu Castri plebis puniatur et condemnetur ea pena qua condemnaretur quis de Castro plebis offendens Castroplebensem.

De pœna proijcentium lapides super bonis alterius

NEMO proiiciat lapides super domum uel rem alterius: et qui contra fecerit incidat in pœnam centum sol. den. et illi cuius est domus teneatur ad refectionem damni, et si fuerit minor uiginti quinque annorum, et supra quatuordecim soluat uiginti solidos den. pro quolibet et qualibet uice, et si infra quatuordecim teneatur ad refectionem damni: et pater eius uel ipse si patrem non habet teneatur ad refectionem damni: et quicumque proiecerit lapides de terris seu uineis suis in alienis terris uel uineis, incidat in penam quadraginta solidorum den. et predictos extrahi faciat suis expensis.

De pœna dicentis aliquem maledicto eius.

NEMO audeat hospitari in suo hospitio aliquem latronem, furem, uel Ruffianum, uel homicidam, uel aliquem qui sit male forme: nec etiam appestates seu suspectos de peste scienter, sub pena viginti quinque librarum den. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice: et quilibet possit accusare et habeat quartam partem banni, et etiam possit super predictis inquiri

DE PENA frangentium carceres

CARCERES Communis Terre castri plebis nullus audeat uel presumat rumpere uel frangere nec de his exire contra uoluntatem officialium et exequutorum eorum, et si quis contrafecerit incidat in penam ducentarum librarum den. si pro causis ciuilibus fuerit ibi intrusus, pro Criminalibus autem, Capite puniatur, ita quod moriatur. Et si aliquis esset detemptus in palatio potestatis pro aliquo maleficio et talis detemptus aufugerit uel de palatio discesserit pro confesso habeatur de illo maleficio et intelligatur detemptus in dicto palatio, si per aliquem officialem esset iussus non discedere sine uenia, Si uero in ciuili causa pro carceribus de palatio domini potestatis fuerit iussus non exire et absque licentia discesserit incidat in penam quadraginta librarum den. et in predictis casibus possit inquiri nec premissa locum habeant in extractis de carcere uel in discedentibus de palatio cum licentia.

DE PENA Turbantis, seu intrantis poss. Alterius.

ORDINAMUS quod nullus audeat uel presumat apprehendere, occupare, uel intrare poss. vineam, Terram et generaliter quarumlibet aliarum Rerum Immobilium alicuius et a dictis possessionibus tantum, uel detentoribus tantum causa priuandi possessorem, uel detentorem sua possessione uel Tenuta absque aliqua Iuris cognitione sub librarum quinquaginta den. et nihilominus possessionem seu Tenutam restituere Teneatur ei a quo accepta fuerit: In quam penam etiam incidere intelligatur Turbans aliquem in possessione uel Tenuta alicuius rei immobilis quam possideret uel detineret: Super quibus dominus locum Tenens, potestas, uel Iudex ad accusam, querelam, uel per inquisitionem procedere possit et debeat, et tales molestatos seu Turbatos in possessionibus seu Tenutis eorum modis omnibus defendere sub pena quinquaginta lib. den: et fructus dictarum rerum Iniuriam passo, et omnia damna et interesse resarciri faciat sine

mora: et de predictis dominis fructus et interesse. Stetur sacramento minorum pa
ssi: Si vero possessionem vel tenutam rei mobilis sic apprehenderit seu ceperit pu
niat in libris viginti quinque pro qualibet re mobili: et in restitutionem possessionis
vel tenute per sententiam condemnetur

De pena auferentis rem sequestratam

Si bladum, vel fructus alicuius possessionis separati vel non separati fuerint penes aliquem auctoritate curie sequestrati, Ille vel illi, cui vel quibus facta fuerit sequestratio id quod sequestratum erit debeat retinere, et nulli dare, sine licentia curie: et si aliter sponte darit, tantundem de suo illi ad cuius petitionem facta fuerit sequestratio dare teneatur: Et idem dispositum intelligatur in aliis rebus, et si bladum, vel fructus, aut aliquod aliud intragitum seu sequestratum erit, et per vim ab eo, fuerit acceptum per aliquem infra tertiam diem debeat denuntiare illum vel illos qui per vim tales res, accepisset vel accepissent: Quod si non fecerit dictum bladum vel fructus, vel aliud illi persone ad petitionem cuius sequestrationes facte fuerit, de suo solvere teneatur et talis per vim capiens puniatur in libris quinquaginta denariorum: et ad restitutionem bladi, fructuum vel rei cogatur per dominum locumtenentem potestatem, vel eius iudicem sine aliquo processu

De pena advocatorum, procuratorum et aliorum pasiscentium de cotalitis

Volumus etiam et ordinamus quod advocatus procurator vel quicumque alius, quomodolibet cum aliquo pasciscens de cotalitis vel emens seu quovis alio titulo recipiens, vel acquirens, aut emi, recipi, vel acquiri faciens ius aliquod, vel actionem de quo seu qua lis vel controversia aliqua fuisset vel esset: et occasione talis pacti emptionis, receptionis vel aquisitionis litem fecerit seu fieri fecerit quoquomodo et probetur condemnari possit et debeat per dominum locumtenentem potestatem vel eius iudicem ex officio vel ad instantiam cuiuscumque, in duplo estimationis iuris vel actionis, vel rei empte, vel titulo donationis vel alio suscepte seu facte.

De spoliatoribus et derobbatoribus

Si aliquis mali fomes aliquem per violentiam spoliaverit, de re mobili

aliqua uel rem aliquam rapuerit, siue derobbauerit et res ualuerit decem lib. den. usque in uiginti quinque, puniatur in ducentis lib. den. Si uero res ualuerit ultra, in trecentis lib. den. condemnetur. Si fuerit minoris ualoris a decem lib. infra usque ad quadraginta solid. puniatur in lib. quinquaginta den. Si fuerit minoris quantitatis, de minori pena, resideat in arbitrio dni lo. ten. uel potestatis: et in quolibet dictorum casuum condemnetur in restitutione rei uel extimationis ipsius in eadem sententia siue deductum fuerit in accusatione, seu inquisitione, siue non: Et si non fuerit male fame, et res fuerit minoris ualoris a decem lib. den. infra usque ad quatraginta solidos puniatur in libris uiginti quinque, et in restitutione rei: et si fuerit ualoris decem lib. usque uiginti quinque, puniatur in quinquaginta lib. den. A uiginti quinque lib. usque in centum condemnetur in ducentis lib. den. Si uero a centum lib. supra puniatur arbitrio dni lo. ten. uel potestatis usque ad mortem inclusiue attenta qualitate facti, et personarum conditione, et in restitutione uel extimatione rei. Et predicta non intelligantur de rebus que ualerent minus quatraginta sol. den. quo casu arbitrio Judicis puniatur: et quod quis sit bone uel male fame sufficiat probatio publice uocis et fame. Ordinantes quod pro tempore futuro quando occurrerit quod aliquis Latro, fur, uel Robbator stratorum debet suspendi per gulam in loco ordinato per commune castri plebis

Quod Exbanniti pro certis causis possint impune offendi.

STATUIMUS et ordinamus quod si aliquis sit uel fuerit exbannitus et condemnatus cois castri plebis pena corporali sine redemptione pro homicidio, furto, uel Robbaria in perpetuo banno secundum formam statutorum, et talis exbannitus et condemnatus offenderit aliquem de terra uel districtu castri plebis, quod cuilibet qui esset exbannitus, uel condemnatus quacumque occasione in pecunia sit licitum et possit ipse supradictum exbannitum et condemnatum pena corporali offendentem offendere in persona et rebus tempore offensionis: et postea quandocumque: Et si talem exbannitum et condemnatum occiderit, uel eum duxerit in fortiam cois quod talis exbannitus et condemnatus quacumque occasione extrahatur et extrahi debeat de banno in quo esset per coe castri plebis: et eius bannum et condemnatio exnunc prout extunc sit ipso jure cassa et nullius ualoris et exnunc prout extunc sit, et esse intelligatur exbannitus auctoritate presentis statuti

Quod Exbanniti et condemnati pro certis delictis possint impune offendi.

Ut exbannitorum temeraritas compescatur pro bono statu et pacifico terre castri plebis et eius districtus decernimus quod si quis fuerit exbannitus tantum, uel condemnatus tantum, aut exbannitus et condemnatus per aliquem ex officialibus dicte terre: qui non sit legiptime rebannitus aut absolutus, uel condemnationem soluerit: aut executio non fuerit. occasione homicidij, uel alterius cuiuscumque delicti pro quo de iure comuni, uel statutario imposita esset pena mortis corporalis, uel ueniret imponenda prout quia predicta delicta fieri fecerit, tractauerit, uel ordinauerit, uel quia dicto tempore dederit auxilium, consilium, et fauorem Talis sic exbannitus et condemnatus, uel condemnatus tantum possit ubicumque et a quocumque impune occidi et offendi realiter et personaliter. Et offendens predictos uel aliquem ex eis, in personis, uel rebus ad penam aliquam nullatenus teneatur. Et si inde contra predictos fierent processus, sint ipso iure nulli et pro cassis et irritis habeantur. Insuper si condemnatus fuerit aliquis pro blasfemia Dei, Beate Virginis, Christi, uel Trinitatis.

De pena capientium Columbas.

Statuimus in futurum quatenus nullus audeat, uel presumat quomodocumque et qualitercumque capere et offendere in Terra, burgis et comitatu Castri plebis columbas domesticas uel alias alterius dummodo non sint columbe cuparelle: uel consilium, auxilium et fauorem cohoperatiuum prestare facientibus aut perpetrantibus talia, aut aliquam ex eis: sub pena, et ad penam uiginti librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet uice, et ut omnis amoueatur dubietas tenore presentium declaramus columbas domesticas, si domestice probantur esse alterius quam eius qui eas capit, eo ipso quod capiens non probabit esse suas infra terminum sibi datum pro defensionibus faciendis secundum formam statutorum, et predictum locum habeant quando capiens cepisset, usque ad numerum quattuor columbarum: a dicta autem summa usque ad decem columbas puniri et condemnari debeat in libris quadraginta denariorum. et a decem columbis ultra, puniatur in libris centum denariorum. quas si non soluerit infra decem dies a die late sententie, nudatus fustigari debeat per loca pu

blica, et consueta: Terre castri plebis absque aliqua remissione pene predicte uel fustigationis: et ad probationem captionis dictarum columbarum, Statuimus quod stari debeat Jur.to Illius qui dampnum recepit, uel filij cum licentia p(at)ris uel nepotis aui, aut etiam ulterioris in gradu uel procuratoris speciale mandatum habentis cum uno Teste omni exceptione maiore usque ad numerum quattuor columbarum Tantum, pro captione offensione prestationis auxilij, uel fauoris cohoperatiui quod etiam dni dictarum columbarum quod Juramentum cum uno Teste habeat uim plene probationis, dummodo eo Tempore interueniat ille contra quem Jurat aut sit citatus pro illa hora Et in dictis Casibus possit inquiri ad querelam, accusam, et ex mero off.cio per inquisitionem et condemnari debeat delinquens ad emendationem dampnj et interesse patientis ad rationem quadrag.ta sol. den. pro qualibet columba, et hoc quando maleficium tale legiptime probantur per Juramentum ut supra, delinquens condemnari debeat in sola pena: et de tali matt.cio cognosci possit per unum mensem ante introitum officij inquirentis, siue per inquisitionem siue per querelam, uel accusam de Tali matt.cio cognoscentur. Quando uero acciderit calumniose Juramentum esse factum ultra penam falsi in refectione damnorum expensarum et interesse per Judicem condemnari debeat: et omnis prorsus amoueatur occasio. Statuimus insuper quod nulli liceat quoquomodo aiblum, escaturam uel pagellam aut alterius generis retium habere, seu tendere penes quodpiam columbarium ad centum Cannas aut Laccium, uel alterius generis artificij in areis aut in alijs locis usque ad ducentos passus sub pena centum lib. den. Cuius pene quando per accusationem proceditur Tertia pars sit Cois, Tertia accusatoris, Reliquum uero Curie. Nulli etiam liceat aprincipio quadragesime usque ad finem mensis maij Tenere aiolu curare escaturam ponere, retia aut laccium, uel alterius generis artificij ad Capiendum columbas extra domum in aliquo loco apud columbarium per quinquaginta passus sub pena centum lib. Nec etiam liceat alicui quocumque Tempore uel quoquomodo Tendere pagellam aut alterius generis retium ad aliquod abbeueratorium cum endice sub pena centum lib. den. pro quolibet et qualibet uice: et si columbas ceperit in centum quinquag.ta libris den. condemnari debeat, et ad emendam dampnj: Si quis aut uel odio, inuidia, aut alia qua uis malignitate probaretur noctis Tempore iuisse uel iri noluisse ad palumbaria, et in eis proiceret uel ignem, uel petras, saxa, sagiptas seu alias res propter quas Columbe fugiendo spauentarent, uel amplius non redirent

aut etiam predictis auxilium, uel fauorem cohoperatiuum prestiterit puniatur et condemnari debeat in lib. quingentis den. quibus infra decem dies nõ solutis post latam sententiã per solita loca Terre castri plebis denudatus fustigetur ut dictum est: et nihilominus ad emendationem damni teneatur et in premissis omnibus et singulis moderate procedi possit ad torturam habitis indicijs, quemadmodum contra alios malefactores.

De Domibus non deuastandis

NULLA domus possit scarcari, nec uinea, nec arbores incidi per curiam Castri plebis pro aliquo malefitio, sed debeat peruenire in coe, et pro coi uendatur, usq; ad quantitatem condemnationis facte de illo qui malefitium committeret, saluo capitulo Loquenti de homicidio.

De pœna euntium post Tertium Sonum Campane

NEMINI de Terra Castri plebis, uel in ea habitanti sit licitum ire et redire per dictam terram sine lumine, seu tizzone accenso post tertium sonum campane que pulsatur de sero hora consueta per agentes dni locum tenentis uel potestatis usq; ad sonum aue marie diei ad sonum Campanarum sci cernasij: et quicumq; inuentus fuerit contra fecisse incidat in penam sol: uiginti pro quolibet et qualibet uice: et si per inuentos in dicto tempore allegaretur aliqua iusta excusatio, totum id repositum esse intelligatur in prouidentia et consideratione dicti dni. lo. ten. potestatis uel Judicis. Teneantur aut dicti officiales mittere agentes suos deputatos per terram et burghos dicte terre, et inuentos post dictum sonum astringere ad dictam penam et quicumq; inuentus aufugeret qui legiptime probaretur incidat in penam sol. quadraginta pro quolibet et qualibet uice et in penam lib. decem den. intelligatur incidere ille qui se ita transformauerit quod dicto tempore cognosci nõ possit. Et nullus artifex aut discipulus dicti artificis post dictum tertium sonum campane eundo ad domum recta uia, uel redeundo ad apothecam contra formam presentis capituli ad penam aliquam teneatur. Si aut nõ recta uia, sed per indirectum soluat duplum illius quod solueret ille qui inuentus fuerit post dictum tertium sonum in quas pœnas in casu suo incidere intelligantur etiam mulieres

LIBER iiij

DE Duplicatione penarum et distinctione Noctis a Die

Ut OMNIBUS Tollatur occasio et animus delinquendi formidine pene, ordinamus quod facientes et fieri facientes aliquod maleficium intelligat pena duplicata in omnibus locis in quibus ex forma cuiuscumque Capituli dictum est duplicari prout in palatio Domini Potestatis in palatio dominorum priorum, in quibuscumque ecclesijs, in ecclesia et scalis sancti Cervasij in platea eiusdem, in platea nova arcis: et ubicumque ex forma alicuius Statuti de dupplicatione tractatur, vel Triplicatione, vel alia pene multiplicatione per modum quod intelligatur multiplicari solum simplex pena primordialis que imponitur non habito respectu ad aliquam quantitatem cuius in qua pena aliqualiter augmentaretur quoquomodo: et omnis amoveat dubietas inter noctem et diem: Nox intelligatur in dicta Terra castri plebis a sono Tertio Campane que pulsatur de sero pro pena applicanda usque ad sonum ave marie: que pulsatur in Ecclesia sancti Cervasij que pulsatur de mane in aurora: Inter utrumque enim Tempus Nox esse intelligatur: In districtu aut intelligatur Nox ab occasu solis usque ad ortum solis sequentis diei

DE Beneficio confessionis

VOLUMUS, quod si aliquis fuerit accusatus, vel inquisitus de aliquo maleficio et Tempore quo respondebit accusationi vel inquisitioni contra eum facte vel formate sponte confitebitur dicto Tempore responsioni coram quocumque officiali dicte Terre castri plebis pro tali Confessione sponte facta condemnetur in quarta parte minus eius quod solvere deberet si dictum maleficium negatum postea probaretur: sed si semel negaverit iterum ad Confitendum minime admittatur que omnia vendicent sibi locum in maleficijs illis de quibus ex forma sequentis capituli concordia fieri potest: et non in alijs ullo modo.

~~DE Beneficio pacis, et Concordie~~

DE PENA FRANGENTIUM pacem — hoc capitulum uadit post subsequentem

Quicumque fregerit pacem per se vel alium factam quocumque modo palam vel occulte Teneatur solvere Communi illam penam, que continetur in Instrumento pacis quam solvere Teneatur Ipse et qui obligati fuerint cum eo in ipso instrumento

L.

et quicumq. pacem frangendo aliquem interfecerit cum quo pax fuisset et venerit in
fortiam Cois amputetur ei capu itaq. moriatur. et q fideiussores qui pro dicti
ssent obligati à pena dicto Coi applicata ex forma instrumenti tantum sint ab
soluti, et liberati: Si cum aliquo genere armorum vulneraverit cum sanguinis effu
sione et venerit in fortiam Cois, et penam instrumenti pacis solvere nō poterit
amputari debeat sibi manus dextera. Si aut quis fregerit pacem percutiendo
illum cum quo pacem fecerit sine sanguinis effusione, solvat ducentas libras de
nariorum. et facta solutione fideiussores qui sunt obligati in instrumento pacis
seu in presentia Testium sint plene à pena dicti Instrumenti liberati et abso
luti: et si qua pecunia in Commune pervenerit de bonis illius qui occiderit illum
cum quo pacem fecerit habeant et habere debeant proximiores de fumili quartam
partem de his que pervenerint in Commune: Et quicumq. in casibus predcis penā
solverit, rebellis extra Terram et eius districtus stare debeat, si homicidium com
miserit per quinq. annos continue sub pena infrascripta et rebellis appellatur.
et stare debeat per dictum Tempus, et quicumq. repertus fuerit eum receptare
incidat in penam centum lib. den. pro quolibet supradictorum et qualibet vice
et possit super premissis inquiri: Nec possit Dns lo. Ten. potas, vel alius of
ficialis aliquem de dicta Terra vel eius districtu cogere ad fideiussionem facie
dam pro dicta pace sub pena centum lib. den. et rebellis talis fideiussio fac
ta nō valeat sed per vim vel metum facta eam intelligat. Fideiussores
aut qui pro dicta pace fracta ad solutionem astricti forent, siquidem in
fortiam Cois dictum contravenientes quoquo modo invenerit fuissent, possint
pro eorum indemnitate in continenti restitis quantitatis modis omnibus recu
perare absq. figura Judicij sola facti veritate inspecta

De beneficio Pacis et Concordie

De omnibus maleficijs de quibus facta fuerit pax et concordia sive ante
initium processus, sive post seu eo pendente debeat detrahi quarta pars
in qua malefactor condemnaretur, sed tale beneficium locum habere nō possit
in homicidio, falsitate, pace fracta, percussione in facie, ex qua signum, et

uidens, uel cicatrix in facie perpetuo remaneat membro debilitato seu totalr trun
cato robbaria, strate facte à publico et famoso robbatore, furto, proditione, cri
mine blasfemie uel maledictionis dei, uel beatae Virginis Mariae aut alicuius ex
sanctissimis, crimine soddomie aut attentatis quoquomodo criminis adulterij:
incestus, strupi per uiolentiam comissi: et omnibus casibus in quibus per formam
alicuius capituli prohibitum esset concordia: et etiam dictum beneficium locum non
habeat in dante auxilium, consilium, fauorem, aut mandatum tractatum, uel
ordinationem, datum uel prestitum in dicta malleficia: Et in casibus in quibus
concordia et pax, ad pene mitigationem locum habeant produci debeat per
accusatum, uel inquisitum post initiatum processum ante lapsum Termini termini
in contumacia uero per procuratorem seu aliam personam eius nomine: et si con
cordia fieret, durante Termino defensionis per comparentem produci possit, dum
modo ante publicationem processus: et quilibet notarius rogatus de pace teneatur
ad penam centum lib. reddere et restituere in publicam formam infra tres
dies a die petitionis dictum instrumentum recepta competenti mercede, quod
si non fecerit etiam ad omnia damna et interesse teneatur parti lese: Si uero
concordia facta fuerit in casibus ubi non prohiberetur concordia fieri, et ex
ipso malleficio deberet imponi pena corporalis siue principaliter, si ut inde sequatur
et publicatio bonorum pro qua pena interueniente concordia solui debeant
lib. uigintiquinque: et non obstante dicta concordia contra talem delinquentem
procedi possit et inquiri, et condemnatio fieri in pena pecuniaria sed in me
dietate eius in quo condemnaretur si causa non subesset per quam impo
neretur pena corporalis, seu personalis, Et super dicta medietate possit alterius
generis beneficium.

DE Beneficio Solutionis infra Tempus.

ORDINAMUS quod si quis post condemnationem de eo factam ad mandatum curie uenire
uoluerit infra decem dies post latam sententiam et renumptiare appellationi qua
tenus interposita esset uel quod promittat et non appellare si soluere uoluerit et ef
fectualiter soluerit quartam partem de dicta condemnatione sua: debeat ...

quens annullare, et de ea gratiam facere non obstante quod fuerit exbannitus in dicto processu.

¶ UBI in malefitijs pena non est determinata procedat de similibus ad similia

videtur fol. 66. POENAE Malefactorum qui de cetero committerentur de quibus quantitas deter minata non reperiretur per formam Statutorum Terrae castri plebis per dominum Lo. Ten. potestatem, uel eius Judicem procedi possit et debeat de similibus ad similia et ubi proprie simile non reperiretur procedatur secundum illud quod magis simile et cohaerens uideretur: de quibus stari debeat arbitrio dictorum officialium et cuiuslibet eorum: et ubi pena certa per formam Statutorum reperitur in ea debeat condemnari: et non in penam legalem quoquomodo.

¶ QUI Debeant detineri uel relaxari datis fideiussoribus.

DOMINUS, locum Tenens, potestas, uel eius Judex non possit aliquem cogere nec detinere uel detineri facere in palatio, uel carcere communis Terrae castri plebis nisi pro malefitio cuius occasione deberet Tormentari aliquis uel esset pena Corporalis principalis, uel in subsidium sed fideiussorem recipere debeat de repraesentando personam et de Judicato soluendo, eo tamen casu quo in subsidium imponitur pena corporalis facto deposito penae pecuniariae penes Camerarium communis accusatus uel inquisitus non debeat personaliter detineri: et si fideiussor non praesentauerit illum pro quo fideiubebit infra Terminum octo dierum. Ille pro quo fideiubebit habeatur pro confesso et possit per dominum locum Tenentem potestatem uel eius Judicem condemnari ac si ore proprio cofessus fuisset Et siquis suprascriptorum officialium fecerit contra predicta quilibet incidat in penam quinquaginta librarum. Et intelligatur detemptio posse fieri in casu ubi est personae membri perditio seu imponeretur pena Corporalis cum probatum fuerit

de mallefitio · de quo pot procedi ad Tormenta uel per famam publicam uel per unum Testem de uisu, uel indicia, et offensio nō fuerit probata

DE Festiuitatibus custodiendis et in quibus diebus Artifices possint laborare intro Apothecam

MERCATORES, et Alij Artifices non possint, nec debeant in infrascriptis festiuitatibus et Temporibus laborare exercitium facere, nec mercantias tenere extra apotecam sub pena quinque lib. den. pro quolibet et qualibet uice. Intus aut sit licitum laborare in his festiuitatibus Vz. In omnibus diebus Veneris martij: In octauis paschalibus Natiuitatis, Resurrectionis, et Pentecostes In omnibus diebus quadragesimalibus ante Tertiam ratione predicationis, Nulli aut liceat in Natiuitate dni nri nec duobus diebus sequentibus: nec in Epifania dni: nec in Purificatione, In paschate resurrectionis, Pentecostes, et duobus diebus sequentibus in Assumptione, et Annunciatione Virginis mariæ, Sancti Geruasij, beati Jacobi, Sancti Joseph uel Apostolorum per dictam Terram, et aliarum festiuitatum que ex forma statuti essent feriæ et dies custodien. per dictam Terram et eius Comitatum somegiare, strasci nare, conducere siue deferre aliquod trasinum, uel salmam sub pena quadraginta sol. pro quolibet exceptis afferentibus herbam, paleam, et pome, et exceptis etiam uecturalibus apportantibus mercantiam, pisces, sit tn licitum a Kl. Junij, usque ad Kl. septembris pro blado deferen. et stramen oi Tempore somegiare, et Tempore predco in Vindemijs uinum, siue mustum, et alios fructus

DE QVESTIONIBUS et TORMENTIS

ORDINAMVS quod nullus lo. Ten. Potestas, nec Judex, aut alter eorum ponat aut ponere audeat aliquem de Castro blebis, uel eius districtu in nolucula nec in ali Tormentum nisi esset homo malæ conditionis, uel in dicia per publicam famam stationem seu Testium, uel unum probandem malef. de uisu uel plures ... a remotis aut in alijs casibus permissis secundum formam Statu... pro furto, Robbaria, falsitate, ueneno, homicidio, malefcio de ...

Cognitione mulieris, de percuss.m faciei cum signo sanguinis, membro debilitato, uel absciso, incendio, ac in omnibus casibus in quibus quis debet perdere personam, et causa inueniendi de falsitate alicuius testis: et in omnibus similibus casibus singulis, qui repositi esse intelliguntur ab dictorum officialium uel alterius eorum. Et si in premissis uel aliquo premissorum contrafacerent, soluant et soluere debeant eam penam in quam de iure communi puniendi forent, procedente sauit legiptime nò possint questiones sumere de aliquo malefactore, nisi dictis questioni uocati absistant dni priores dicti sub pena ducentarum librarum pro quolibet et qualibet uice: Et similiter sub eadem pena nò possint in tormentis malefactorem repetere nisi superuenientibus nouis inditijs, aut uariante malefactori, nisi esset in casu in quo uel de iure uel ex forma statutorum esset repetendus in dictis tormentis: Et si uel nò precedentibus indicijs aut nò legiptima recepta tortura uel etiam repetita contra formam Iuris et statutorum dicte terre castri plebis, omnis confessio inde sequuta et sententia super confessione predicta sit ipso iure nulla, et habeatur perinde ac si facta esset per uim et metum tormentorum et ita similis status presumptione facta esse intelliguntur, Et in omnibus supradictis casibus ultra dictas poenas idem officiales uel aliquis eorum teneatur ad interesse dicto sic tormentato.

Quod Rixantes cogantur ad pacem uel treguam componendam.

QUIA congruit bonis et grauibus Rectoribus curare ut pacata ac quieta ciuitas sit quam regit, Statuimus et ordinamus quod quandocumque inter aliquos conterraneos castri plebis uel eius districtus, uel etiam in dicta terra habitantes nata fuerit aliqua discordia siue ratione uerborum, siue percussione sine sanguine, siue cum sanguine, siue etiam interuenerit mors alicuius, debeat idem dns. [illegible] potestas, uel eius iudex se intromittere ex utraque parte et pro posse [illegible] eos ad bonam et sinceram pacem sub capitulis quibus alteri eorum uideb[illegible] [illegible] pro concordia predicta: Si uero nò potuerit pacem predictam componere [illegible]ris remedijs etiam mictendo partes in compedibus cogat eas com

cōtigerit personam valetudine impeditam, uel conditionatam ut supra in cō mitatu esse not. Idem mitti debeat expensis postulantis, qui nullum ensenium ultra salarium suum recipere debeat ullo modo: et hoc habeat locum in ciuilibus et criminalibus, in quibus etiam causis Testes in districtu uel extra uenire debeant, expen. inducentis inspecta semper à Iudice qualitate personarum: nō possint aut in duci per accusatores, seruitores, famuli, famulae uel illi qui Testificam super eo, ex quo sibi posset aliqua utilitas resultare, Mulieres aut nō possint quoquomodo cuiuscumq; conditionis existant pro aliqua Testificatione facien. in ciuili uel Criminali causa ad palatium D. potestatis uenire, ad quem nullatenus compellantur sed in ecclesia Sancti Geruasij: ubi mittatur not. malleficiorum qui intelligat mandato Iudicis accessisse, eo ipso quod hoc scriptum reperiretur in actis quamuis alia commissio nō appareat et eodem modo possit ire ad domum alicuius Infirmi et ualeat Iuramentum, et dictum, ac si receptum esset in palatio uel ecclesia supradictis possint aut in dictis malleficijs produci minores uiginti annis, maiores tamen quatuordecim: et feminae maiores duodecim: qui uel quae recipiant et recipi debeant eo modo quo alij: et fidem faciant in omnibus casibus ac si maiores essent iuris nō obstantibus quibuscumq; in contrarium

DE Pœna Testium non Venientum ad Testificandum

SI TESTIS semel et secundo citatus super aliquo malleficio quomodocumq; ut ueniant ad Testimonium ueritatis prohiben. et infra Terminum assignatum nō uenerit possit de facto multari in lib. quinq; den. et nihilominus eum cogat ad Testimonium prohiben. et predicta locum habeant nō solum in Criminalibus sed etiam in ciuilibus causis.

DE Pena dissigellantis hostium

AD Reprimendam audaciam debitorum quo sepius citati in ordeus et nihil pendium curie audent in parendo contumaces esse. Statuimus et ordinamus decetero quod qui per exequutorem pro aliqua causa ciuili fuerit sibi hostium sigillatum nō possit dominus dictae domus uel habitationis hostium predictum dissigillare absq; lic

tia dni lo. ten. potestatis, Judicis, vel exequutoris sub pena et ad penam quadraginta sol. pro qualibet vice. Si vero dicta dissigillatio fuerit facta pro aliqua causa criminali incidat in penam decem librar. den. super quibus possit de facto procedi absq; alicuius processus institutione.

DE VSuris, et penis Vsurariorum.

CVPIENTES saluti animarum providere hac saluberrima lege Sancimus quod nullus de cetero usuras exerceat quoquomodo quibuscumq; legibus, vel statutis non obstantibus, quas et que cum sint contra sacros canones pro cassis et irritis haberi volumus et mandamus: Si quis autem contra fecerit de cetero in Civilibus vel Criminalibus non audiatur: et si Judicis auxilium implorare vellet ex perpetuo sit infamis, nec possit a quovis advocato et procuratore defendi: Et si Talis qui exercuisset fuerit convictus condemnetur pena ducentarum lib. den. et restituat quicquid accepit nomine usurarum seu in fraudem ei a quo acceperit. cui liceat venire agendo vel excipiendo contra instrumenta non obstante Juramento prestito de non contraveniendo: quod Juramentum in Tali casu contra bonos mores Judicari volumus. Volumus etiam quod probari intelligatur quem Usuras exercuisse, vel, exercere, vel usurarium esse ultra dispositorem Juris comunis per duos Testes etiam Singulares: etiam si uterq; dictorum Testium deponeret illum Talem qui diceretur exercuisse, usuras fecisse seu usuras per viam mutui vel alterius contractus. vel Trafficum in fraudem usurarum. possit etiam probari per Confessionem extra Judicium factam per talem qui diceretur Usuram fecisse: que confessio per duos Testes legiptime probata plenissima sit probatio.

DEO OPT. MAX. GRATIAS

87v

STATUTORUM LIBER QUARTUS INCIPIT

DE EXTRA ORDINARIIS

DE ARBITRIS ELIGENDIS IN QUESTIONIBUS MOLENDINORUM VEL FORMARUM

STATUIMUS et ordinamus quod si qua questio vel controversia verteretur, ut esset inter aliquas personas Terre castri plebis vel in ea habitantes alicuius molendinj vel formae, vel formarum, ipsius molendinj vel aque eiusdem ad petitiones unius litigantium predictorum Dns. Lo. Ten., Potestas vel Judex Teneatur et debeat partes predictas constringere et compellere ad eligendum unum, vel plures Arbitros ad dictam Causam decidendam, et Terminandam. Et si dicti Arbitri sic electi dixerint nescire huiusmodi lites Terminare consilio unius sufficientis magistri ex pensis partium predictorum Teneantur laudare, sententiare et diffinire: et quod per eos factum fuerit, teneat pleno iure, nec possit quoquo modo revocarj etiam per viam Appellationis vel nullitatis. Et predicta omnia Teneantur supradicti officiales ad petitionem Cuiuscumque partis que peteret hoc facere sub proprio Juramento, et ad penam xxv. lib. a contrafaciente de salario auferendarum.

QUOD ... posit fieri Cisterna et Clausum

SI QUI vicinorum habuerint aliqua platea vel locum Commune in qua vel quo posset comode fieri Cisterna Due partes de Tribus vicinorum predictorum existentes in Concordia possit officio D. Lo. Ten. Potestatis, vel Judicis fieri facere dictam Cisternam expensis omnium vicinorum non obstante contraditione alicuius eorum. Et similiter ad petitionem cuiuscumque ex vicinis habentibus res suas coniunctas viis vicinalibus exitum non habentibus possit claudi seu portam fieri facere expensis vicinorum habentium Iter per dictam viam. Ad que omnia Teneantur Jidem officiales sub pena xxv. librarum ad Instantiam petentium Exequtionem de predictis facere infra quindecim dies a die petitionis facte.

De Muro Comunis et eius reparatione

QUICUMQUE In Terra castri plebis vel eius Comitatu haberet vel habebit murum, parietem, profiellum, pontem, vel Trabem que minaretur ruina seu aliquid aliud qui, que, vel quod periculum minaretur D. Lo. Ten. Potestas, vel Judex et quilibet ipsorum Teneatur ad petitionem cuiuscumque interesse pretendentis et petentis dictum tale quid discarcarj ab illo vel illis cuius esset: Et si consortem acciderit deinde super mu...

Comune murare possit ibi facere fenestras schanciarias et hostia in muro novo que fecerit super murum coem. Que oia facere possint sine alicuius contradictione et possit pro rata expensas recuperare. Et in premissis summarie et de facto procedi possit propter dictarum rerum periculum.

DE Refectione Molendini Putei Cisterne Fontis et Aliarum Rerum Inmobilium Reparatione

Quia sepe contingit quod Consortes Molendinorum Puteorum, Cisternarum, fontium et aliarum rerum Inmobilium quando egent refectione, non sunt inconcordia reparandi: Statuimus quod Consortes molendinorum et aliarum rerum supra descriptarum requisiti ad refectionem uel reparationem teneantur et debeant infra quindecim dies a die requisitionis deponere partem sibi contingentem de expensis fiendis pro reparatione dicte rei penes fidum Mercatorem in dicta Terra. Quo Termino elapso, et eodem uel eisdem requisitis non deponentibus cogantur per D. lo. Ten. Potestatem, uel Judicem ad uendendum portionem suam consortibus, ut consorti, pro illo pretio quo declarabitur per duos homines communiter eligendos: ad quam electionem compelli debeant ad petitionem cuiuscumque de Consortibus: qua declaratione facta infra Terminum octo dierum cogantur dictum consortem ad uendendum pro dicto pretio: Et si Consors uel consortes emere noluerint, solum ad expensas supra dictas teneantur. Et quod super premissis idem D. lo. Ten. Ptas. uel Judex fecerit, non possint nec debeant ullo modo sindicari.

DE Arboribus Pendentibus super Re Alterius

Habentes Arbores pendentes super Terreno, Vinea, uel alia quacumque possessione alicuius, D. lo. Ten. Ptas, ut Judex si querimonia inde habuerit, teneatur precise illi uel illis, cuius, uel quorum Arbores penderent intra octo dies postquam preceptum factum fuerit ad instantiam interesse pretendentis incidi faciat sub pena centum sol. pro qualibet uice quo repertus fuerit post dictum Terminum fuisse negligens. Et nihilominus arbores, ut arbores incidi facere teneatur. Si autem ille super cuius Terreno uel re Arbor penderet querimoniam non fecerit, possit Dominus dictorum Arborum in dicta Vinea, Terreno, et Possessione absque pena intrare et fructus colligere. ... si arbor in Possessionem predictam non penderet, sed umbra damnificaret uicinum,

possit Dns sb dicta Cogi in altum tollere Arborem predictam per pedes quidecim 89
Qua pœna soluta ut non post Terminum per Judicem statutu possit Dns pose
ssionis hoc facere, et ligna sibi habere. Ubi aut Arbor a uento in fundum
uicinj fuerit inclinata possit iure cogi Dns eam arborem Tollere: Que si
post Terminu per Judicem statuendum sublata no fuerit, ultra pœna supra
dictam possit Dns dicte possessionis hoc idem facere, et ligna pro se tollere
absq; aliqua pena: fructus aut ut predictum est tollere possit Dns super
possessione Alterius cadentes post tertia diem tantum et no ultra: post quem
Terminu liceat impune dno ut possessori dicte possnis pro se habere, absq; aliqa
contradictione et pœna.

De Satisdatione Volentium aedificare opus, et quae Timeretur de Ruina

QUIA IURI consonum esse putamus, q Nemo in re sua quid faciat, ppr
quod vicinus damna patiatur. STATUIMUS. q si quis aedificare uolu
erit aliq opus in re sua iuxta domum uel rem alia sui uicini q minaret
ruinam in totu ut in partem Teneatur ad petitione sui uicini petentis pro
mittere, et satisdare idonee ad Terminu quem D. lo. Ten. Ptas. uel Judx
assignabit Eidem q si occasione predicti sui operis quod faciet, uel facere
uoluerit domus, murus, uel res alia sui uicinj minabr ruinam, aut ceciderit
in totum uel in partem q tunc, et eo casu, q domus, ut Paries, uel alia Res
uicinj ceciderit, Talis opus faciens Teneatur et debeat, omnib suis sumpti
bus et expensis reficere dictam domu, uel aliam rem que ceciderit, aut rui
na minaretur infra Terminu trium mensium, quod si no fecerit, puniatur
per dctas officiales in lib. Ducents. den. Et nihils infra tantundem Temp
cogat reficere dictum opus et idoneos fideiussores dare de reficiendo opus su
pradictum infra dictu Tempus sb pena xxv. lib. qua soluta omnino re
ficere Teneatr et de facto Cogatur ad predicta. Ubi uero domus uel pa
ries no cecidisset, nec ruina minaretur sed pilu fecisset, aut alio modo
damnificaretur, Tunc i eo casu per dictos officiales et quem libet eorz ad petitio
nem petentis de facto cogantur dicte partes ad eligendu in arte peritos unu
pro quolibet, qui cum Juramento debeant extimare dictum damnum infra
tres dies a die Electionis. Ubi aut no essent Concordes electo Tertio per
unu ex dictis officialib infra alios Tres dies cogat ipsos ad declarandum

dictum damni: Quia declaratione facta saltem per duos ex eis in concordia Teneantur Iidem Officiales mandare executioni, Tamquam Sententia que Transiuit in rem Iudicatam solum uisa dicta declaratione manu Publici Notarij scripta aliquo non obstante.

De Aqua non Tollenda de suo antiquo Cursu

Nulli liceat aquam aliqua extrahere de suo solito et antiquo cursu mutare, uel impedire mittere ut ducere aliunde per suam, uel alterius rem: propterquam prestetur seu fiat Impedimentum alicui vie uel fundo, uel rei alterius: et qui contra fecerit puniatur in lib. quinquaginta Den. pro quolibet et qualibet uice, Teneaturque D. Lo. Ten. Ptas. uel Judex contrafacientes compellere statim et precise ut dictam aquam et cursum eius remittat, et reducat per locum consuetum et omne impedimentum Tollere et remouere, et damnum et interesse refici facere quibus impedimentum fecerit: Possit etiam quilibet de predictis ciuiliter agere, lite non contestata Testes producere absque libelli oblatione, sine strepitu et figura Iudicij: Et pro predictis quilibet dictorum officialium possit inquirere, et Culpabiles punire in penis predictis. Et si negligens fuerit in exequendo, puniatur pena quinquaginta lib. Tempore Sindicatus.

De Lignis Inmissis in Conductis

Si Dns. Lo. Ten. Ptas. ut Iudex inuenerit aliquod lignum inmissum uel quod inmitteretur deinceps super cursu uel re Alterius Teneatur ipsum facere eleuari precipiendo inmittenti uel pro quo inmissum est, quod leuet sub pena lib. quinquaginta den. et teneatur nihilominus eleuare nisi ius haberet ex pacto uel iure aliquo Teneatur vicinus ad petitionem vicini communibus expensis conductos mittere super cursu comuni sub dicta pena et conditione, ad quam penam soluendam de facto cogantur. Et eodem modo Cois castri plebis teneatur conductos qui uenirent ad uiam communis ita actare, quod aqua, que ueniret per dictum conductum non uadat ultra medietatem Vie et quod uicinum non offendat expensis dicti cois: et mandato sindici eiusdem cois. sub pena quinquaginta lib. pro qualibet vice. Et predicta omnia locum habeant etiam in priuatis. Et si aliquod lignum, siue Murus inclinatus ultra Terminum Commem

in muro sui Vicini Teneant^r. D. lo. Ten. Ptas ut Jud^x. eleuari facere ad petitionem alterius partis sb. pœna predicta, Possint, etiam cognoscere et diffinire de Tegulis, Canalib, et Alijs lignaminibus appodiatis in re uici ni, ac etiam inquestionibus occ^rre predictor, et decursionib que fierent sup domum Alterius et super Communi cursu. 90

C. DE Viarijs: et Eor. Officio et Vijs tam Publicis, qz Priuatis.

STATVIMVS, et Ordinamus q de Viarijs eligendis Duo sint de Casali no, Duo de Castello, et Duo de Burgo inf.: et eor. officiu duret sex mensib Alij aut sex eligentur simili modo qui debeant seruare uias intus, et extra Cast^s plebis Tam Comunis, qz sptium personar: et si inuenerint aliquē occupasse uia Teneantur Jd recupare pro Comuni ad Juramentum hominu loci, uel quor de his melius ueritatem habuerint: et Terminationes factas, et faciendas per Viarios p̄dictos teneat^r. D. lo. Ten. Ptas, uel Jud^x. eor Jurisdict ratas et firmas te nere, et eo casu quo Viarij loci nō seruarent p̄dicta, incidant in pœna sol. quadrag^ta. pro qlibet, et qlibet Vice, possintq Viarij predicti imponere pœnas usq ad quantitate sol. viginti. quas à Contrafaciente Jdē Offles exigere tene antur, Quicumq aut supprehenderit, ut prehenderet aliqua Viam pub. Si fuerit extra castru plebis, soluat quadrag^ta. sol. den. Et si appareret aliq sententia lata per dctos Viarios Teneant^r Off^les predicti ratam et firma habe re, et contra eam nihi apponi posit. Non possint aut Jidē Viarij Termi nare uiam alicui specialj persone, nisi hactenus probaretur fuisse terminatam: si uero fuerit uia Cois, nec hactenus terminata ut supra ad requisitionem homini loci possint ipsam Terminare, et Cuilibet liceat ire, et redire per locu, sicut consueta ē, cum conditione infrascript. Siquis aut prohibuerit alicui uti Via, per qua solit est ire, et redire, soluat pro pœna lib decem den. Quicumq aut hēret Jter, actu, Via, ut seruitutem per res Alterius, liceat ei cuius ē res cōcedere licentiā, Jter, actum, et uiam eundi p dctm locū, dumodo comode iri possit et Jlle, ut Jlli recipere Teneantur sb pœna quinq lib. den. de facto soluenda. Quilibet aut uiarior habeat pro suo sa lario ab hoibus loci ubi Terminab, ab uno miliare infra bolas duas pro qlibet, ultra uero, usq ad Confinia bol. quattuor pro quolibet: Et q sint ius gōalis

Co(mun)is teneat(ur) una cum Viarijs per totum mensem Maij invenire o(mn)es et singulas
vias occupatas intus et extra Castrum plebis o(mn)i modo quo melius fieri po
terit, quor(um) occupator(um) nomina manu Notarij dari debeant D. Lo. Ten. Po
testati, vel Judici una cum vijs occupatis, designando contratam et locu(m)
qui, vinculo Juramenti co(n)tra illos procedere debeat, et via occupat(a) dimitti
faciat soluta pena sup(ra)dicta de facto, s(u)b pena quinquag(in)ta lib. den. Et
Quicumq(ue) fuerit superstes super actatione alicuius vie, vel pontis vel alterius
op(er)is communis Teneatur reddere plenarie ratione(m) de Introitibus, et expensis,
de o(mn)ibus gestis per eum ad petitionem Sindicj dicti Co(mun)is. Ordinamus etiam q(uod)
Quicumq(ue) h(ab)eret viam iuxta rem sua(m) no(n) eat per via(m) vicini sui, q(uod) si quod ius
habet eundi per rem sui vicinj vel aliquam habet viam Terminata(m) q(uod) ille
teneat(ur) vendere, et viam illi cuius est, res Teneat(ur) emere, pro illo pretio quo d(e)
claratu(m) fuerit per duos homines communiter eligen(dos). Et hec o(mn)ia supradict(i)
D. Lo. Te. P(otes)tas, vel Jud(e)x Teneantur partes cogere observar(e). Et hoc si ille alii
de q(ui)bus per viam Terminatam co(m)mode ire possit per rem suam usq(ue) ad viam pub.
q(uod) si iret per rem post(ea)q(uam) no(n) habet ius eundi soluat illud bannu(m) quod soluit ille
qui dimittit viam, et retinet per campu(m) alt(eriu)s no(n) obstante consuetudine quam
haberet nisi ius legipt(imum) habere ostenderet. It(em) Quicumq(ue) poterit retinere per via(m)
publ. vel per rem sua(m) ad fontes vel ad aliu(m) locum no(n) retineat per rem
Alt(eriu)s nisi esset sibi servata via. Et si quis occupaverit viam alterius
laborando vel claudendo teneatur ip(s)am aperire, nisi aliunde viam redderet
per quam possit co(m)mode iri, et q(uod) terminat(a) fuerit per duos ex viarijs valeat,
et teneat, et no(n) possit aliquid obijci de Iure vel de facto sub pena .xxv. lib.
den. contra quos Jidem off(icia)les procedere possint per inquisitionem. 7.

DE Cancellis.

Ordinamus q(uod) si quis, vel si qui habuerint extra dictum Castru(m) via(m)
per quam vadat ad Vinea(s), ortos, vel clausuras eor(um), et Aliquis domino(rum) voluerit
Cancellu(m) facere q(uod) o(mn)es habentes Ius per dictam viam Teneantur communiter facere
et actare Cancellum. Et D. Lo. Ten. P(otes)tas, vel Judex, cogat eos de facto ad fa
ciendu(m) predicta, Arbitrio suo statuendo penas contra predictos et recusantes
ad petitione(m) illius qui dictu(m) Cancellu(m) edificare intenderet. 7.

DE vijs Terminandis

[illegible] Viarij antedicti ubi necesse fuerit a Cast(r)o plebis usq(ue) ad stra
tam.

Confinium ultra Clanes actare in amplitudine decem pedum ad pedem Communis et usq; ad pirum Coium et ad confines nri Territorij de Querceto alto, et usq; ad hospitale moiani per totum districtu castri plebis aptent ipe stratę et amplientur per homines loci et possidentes iuxta ipas stratas ut habentes laboritia et possessiones: et si viarij predicti no fecerint quod sup. dictu est, puniri debeant p offles Terre c. Pleb. in lib. decem den. Et inde Teneant cogere viarios q predicta faciant. Teneantur etiam Idem off.lis aptari facer viam fontis venellę qua itur a porta prati ad dictu fontem et a porta veccioni ad dictu fontem, hoc modo. vz. q dictę vię silicentur, bonis lapidibus, bona arena, et breccia, et fiat ibi in dicta uia unus Murus fortis et bn factus expensis cois, et eisdem expensis reficiat murus ante fontem venellę: Et ad predicta facienda D. Priores eligere debeant unu Superstite. Itz Teneantur dicti Priores imponere pro dictis Vijs 7 muro actandis denarios inter homines sicut eis videbitur expedire. Et Camerarius Cois predictam expensam pontis et silicis teneatur soluere de bonis cois, sine Apodissa. /.

De incidentibus sepes

STATVIMVS et Ordinamus q Idem Viarij teneant ad petitione hominu loci facere incidi et eleuari omnes sepes pendentes super Vijs cois, seu Vicinorz impedientes viam, et precipere et imponere penam sol. vig.ti cuilibet habenti dictas sepes, et ipas eleuet et incidat, et Qui contrafecerit soluat dictam pena cuius penę Tertia pars sit communis, Alia viariorz et alia officialis executionem facientis. /.

De Prohicientibus litamen in Vijs,

NVLLVS prohiciat Iam in Terra c. Plebis q; in eis burgis litamen ut al[...] propter q vię impediantur. Et si quis inuentz fuerit contrafecisse sol[...] viginti den. si uero extra dictum castrum sol. decem. Liceat tn. cui[...] re litamen in vijs extra dictum castrum, dumodo Vię no impedian[...] conditione, ut inde ad octo dies eleuare Teneantur. q si impedi[...] fuerit incidat in dictā penam, et abinde in antea sit licitum [...] accipere Teneaturq; D. Po. Ten. ptis, ut Ind.x hoc bannum f[...] corz officij, et quilibet possit accusare de predictis et heat m[...] bannum soluat ab istis Confinibz infra versus castru plebi[...] de murellis (a domo Infectorz. à podio moiani Teneantur[...] fuerit eis notificatz infra octo dies ire ad videndum v[...]

impedite et eas q. citius poterit in pristinu statu reducere: Et idem intelligat de eo qui fecerit aliquam super aprehensam de aliquo sciolo uel fonditorio pannorum uel fossato uel ripa alicuius fossati ubi sit consuetudo lauare pannes à decem annis citra.

De prohicientibus Litamen in foueis

Litamen nemo prohiciat, venaccim, nec terram, aut alia rem aptam replere in foueis existentibus circum dictam terram, siue muros neq. prope dictas foueas per uiginti pedes: et qui contrafecerit soluat communi nomine pene sol. viginti pro qualibet uice, et Litamen fouearum et quod est prope dictos muros nomine dicti communis uendatur et teneat. D. lo. Ten. ptas, uel Iud.x uias cum uiarijs reuidere quolibet mense, et omnia capitula loquentia de vijs et litamina accipere teneatur penam in statutis contentam a contrafacientibus.

De viis Actandis

Ad Requisitione hominu loci uel meioris partis ipsorum teneatur D. lo. Ten. ptas, uel Iud.x et quilibet ipsorum compellere viarios communis, et viarij ad requisitionem dictorum uel duorum ex eis teneantur facere actare oes vias intus et extra cast.o plebis ubi opus fuerit expensis hominu loci ut melius et utilius fuerit uisum et terminare et terminari facere ubi non sunt terminate: et si quis supraprehenderit aliqua uiam soluat uiginti sol. den. quando esset terminata, et viam dimittat. et teneatur D. lo. Ten. ptas, uel Iud.x in kl. Maij uinculo iuramenti operam dare quod via que erat per campum canonicorum iuxta portam Vecciani ita aptetur quod homines …sint ire et redire per ipsam uiam et compellere viarios predictos facere actari … qua itur ad S. Maria de Centoia, viam fontis pisini, uia sale, viam …ij, uia superiore, uia ripalis via porte castelli intus et extra, via Siglia …m cellis uia S. pantalei. Via fontanelli post Vecciana, et generaliter oes … stratas portas intus et extra, cast.o plebis, et per totu districtum … hominu loci uel duorum ex eis expensis hominu de contrada, et eorum …sessiones per dictas uias. Et si dicti viarij essent negligentes in … qualibet et qualibet uice incidat in pena sol. uiginti. et nihilominus dicte vie … uiarijs et petentibus placuerit.

… Lamas et vias Actandum

…eret in re alicuius in uiam publicam Ille cuius est res

unde lama ceciderit, teneatur ipam facere elevare suis expensis ad petitio 92
nem viariorum cois Castri plebis, et qui contra fecerit solvat comuni nomi
ne pene solidos viginti et dictam lamam nihilominus elevare teneatur.

DE strata, et ponte Prets

Strata qua itur ad pontem prets actetur, splanetur, et dirigatur expensis
hominu de terzerio Casalini et qui utuntur loco, et ad predicta facienda et exe
qutioni mandanda sint superstites duo viarij cum D. Prioribus qui liberam potem
ad dictam strata aptandam et pecunia imponendam prout eis videbi, habeant
et simili ad faciendu actari pontem prets expensis dicti cois, quas camerar.s
cois solvere teneatur absq; aliqua apodissa, et oes hoies teneant eis obedir
sb pena dece sol. pro quolibet: habeantq; idem superstites ad predicta faci
endum bl duos pro quolibet die.

DE VIIS Siliciendis

Dns [illegible], vel Potestas aut eius Jud.x vinculo iuramenti teneant si
liciarj facere omnes et singlas vias intus et extra Cast.i plebis ubi
necesse fuerit expensis hominum circum colentium ad petitionem ipsorum
vel duorum ex eis: et cogere viarius predicta fieri facere vinculo iuramenti.

DE veteri habenda

Si in [illegible] contrada seu loco districtus dicti Castri homines ipius contrade divi
serint aliquam viam veterem, et ceperint ipsam per rem alterius, liceat ei cu
ius est res, ut locus per quem vel quam esset decta via accepta viam veterem
capere, et laborare sine pena.

QUOD NEMO faciat edifitium in Stratis

Nemo a porta Casalinj usq; ad portam Vecciani recte per stratam, et
a porta prati usq; ad portam castelli eodem modo faciat aliq edifitium quod
possit offendere transeuntem per stratas sb pena vigintiquinq; lib. pro quolibet
qualibet vice, et nihilominus quod edificatum erit omnino tollatur et in pristi

redicatur locus: et Cuilibet liceat facere an domu sua unu gradum, et no plures, causa intrandi domum suam, salvo q funarij possint Vncinelles supra mattonatum sex pedibus retinere.

UBI vendi debeant bestie, Herba Stramen, et Fenum

BESTIAS Cuiuscumq generis Nemo possit uendere in Platea publica cois neq an Palatia Ptatis uel Priors exceptis Caprettis, et agnis et his similib, et exceptis etiam equis etc. Qui contra fecerit soluat libras quinq den. pro qualibet uice et hoc publice banniatur: Et Herba, Stramen, et Fenum sub dicta pena vendatur in Platea noua.

DE Immunditia no Proicienda in vijs Publicis

LETAMEN, uel alias immunditias in platea Cois Nemo proiiciat, aut in vijs publicis, nec faciat buchatu, aut Calcinariam uel aliquid, q obsit vijs: et qui contrafecerit soluat uiginti sol. den. noie pene, salvo q cuilibet liceat ponere Terram dumodo ipsam ele... Teneatur ad Tertiam diem sb dicta pena, et super premissis possit inquiri per offles dicte Terre ad petitione cuiuscumq petentis. Et Quicumq proiiciet Concimen siue aquam concimini in aliqua Via publica eadem pena puniatur. quicumq u. habet Versatorium sup uiam ita q aqua ueniat in uia publica, Teneatur inmitti facere usq ad planitiem uie subcerto Termino sibi Statuendo, als condemnari debeat in lib. quinq den. et similr sup premissis possint ex offo. et ad querelam predicti offles inquirere et predicta banniantur in principio regiminis: Licitum tn sit cerdonibus tenere an apotecam ipsor sine pena pilorum.

De Vijs non Ingobrandis

VIAS Impeditas uel ingombratas in dicta Terra, Tinis Vegetibus, Distchis, li[gn]amine, uel Lateribus Nullus retineat sub pena uiginti solid. pro qualib[et] qualibet uice. Nisi quis Domu edificaret nam tunc liceat sibi retinere res [...] quousq dictam domum compleuerit uel etiam Tempore Vindemie, quo

licitu sit Tinas et Vegetes, et Tinellos in uijs retinere et per octo dies post ui demiam.

DE Casaleris claudendis.

ITEM ordinamus quod quicunque in Terra c. plebis Casalenu, claustrum uel clausuram habuerit in quo ponantur Inmunditie, siue sit ibi cem, Ipsum ita murare Teneatur et claudere quod putredo no discurrat in Vijs: et qui no murauerit, uel clausu no retinuerit modo predicto, puniatur poena Centum sol. per d. Lo. Ten. potatem, uel Judicem.

DE Macellis aptis et Linum curandis.

MACELLAS ab angulo Campi Canonicorum, et via qua itur ad argianu à via qua itur ad salam ab angulo Leti olim fratrum minorum de veccione uersus castri plebis nemo retineat, nec aptet et etiam a ponticellis infra uersus portam Castelli et à Cancello Venture supra uersus dictam portam in uijs publicis, nec in Terra c. plebis sub pæna decem sol. pro quolibet contrafaciente.

DE BESTIIS no decoriandis et Corijs no Tendendis in Castro plebis

NEMO BESTIAM mortuam decoriet in Castro plebis, nec ante portas, nec prope portas ad uiginti Cannas, nec in foueis communis, nec Tendat in platea dicte Terre Coria, et qui contra fecerit, soluat nomine pene decem lib. denariorum: et quilibet possit accusare, et habeat medietatem pene: et nemo Tendat coria Carnosa in plateis uel uijs publicis sub dicta pena sit Tamen licitum cuilibet eadem Coria Tendere extra dictam Terram castri plebis aut intus in domo sua, et nemo debeat scornare uel depilare, uel aliud animal decoriare, seu proijcere in uia, qua quotidie praticatur Et qui inuentus fuerit pro quolibet et qualibet uice soluat lib. quinque den. et similiter quilibet possit accusare et medietatem pæne habeat et in eamdem penam incurrat qui ... ram fecerit in macello uel ante portas ipsius.

faciat seu purget semen lini, granum bladum aut aliq genus legu
minis in platea communis: et qui contra fecerit soluat sol. uiginti pro qualibet
uice, et nihils conciaturam de dicto loco remouere debeat sub dicta pena.

De Serraturis non Accipiendis.

ITEM ut nullus extrahat serram ut Caterionem de Cancello, uel hostio al
terius, uel aliq cancellu de loco suo remoueat: Et quicumq; repertus fuerit co
tra fecisse incidat in penā lib. decem den summarie et absq; processus In
stitutione.

De Suzzura ne facienda sub voltis

SUZZURAM, seu putredinem nullus faciat ecclesie sub Voltis scti Cernasij
nec sub porticu cōis, nec in Palatio, nec in uijs, nec in plateis: et qui cō
tra fecerit, soluat uice qualibet solidos decem den. et quilibet possit de
predictis accusare, et habeat medietatem pene.

De Suzzura ne facienda in Gorgonibus

NULLA Mulier lauet pannos in aliquo gorgone cerdonum, et qui contra fe
cerit soluat sol. uiginti den. et similiter Nulla persona se balneare de
beat in ipis sub dicta pena.

De Fontibus

IN FONTIBUS Nulla mulier, nec aliqua persona lauet pannos, nec filatum
nec faciat in eis aliquam suzzuram, nec prope aliquam fontem ad uiginti
cannas ad penam uiginti solid. den. nec aliquis inmittat cercolos aut aliqua
lignamina, uel mollificet ginestram et gioncha, aut gramignam inmittat sub
dicta pena. Si uero quis inmiserit Coramen ad lauandu siue mollificandu
in aliquo fonte incidat in penam Viginti quinq; lib. possit a quolibet ac
cusari et medietate pene lucretur accusans.

De Suzzura ... prope ... ecclesias.

[illegible]DINES, ut Suzzuram aliquā nemo faciat prope aliquā ecclias, nec

in uijs, nec ante portas intus, uel extra, ad quinquaginta pedes uel a monast.o sancti Lucij usque ad portam prati. exceptis pueris a septem annis infra et nullus sanguinet bestias in plateis, strata, et uijs publicis nisi sit Marescalcus cui sanguinare liceat bestias ante domos uel apotechas ipsorum et ante domum illius cuius esset bestia sub pena et ad penam sol. uiginti quinque pro qualibet uice et in quolibet casu.

De non turbando aqua fontis

NEMO balneet se, nec aliquam bestiam in aliquo fonte adusum bibendi et qui contrafecerit soluat decem lib. den. super quibus debeat Judex per inquisitionem procedere

De bestiis ...

BESTIA nulla minuta possit stare quoquomodo prope aliquam fontem presertim troghe, uenelle, Munsignanij, Ripe, piscinj, et chiragie et nemo faciat ipsas iacere iuxta aliquam portam a pontibus infra, nec in platea fratrum Sancti Augustini, Sancti Franc. et Sancte Marie sub pena quinque lib pro qualibet uice, nisi sit forensis, qui in dictam penam incidere non intelligatur nisi ei denunciatum fuerit, per Nuncium Curie.

De pena fodientium, aut cauantium in Carbonarijs et foueis Comunis

IN CARBONARIJS aut foueis comunis nec cauet aut fodiat intus uel extra fouea dicti comunis sub pena uiginti lib den. pro qualibet uice, contra quem D. Lo. Ten. Potestas, uel Judex absque processu procedant de facto. Et Nemo ascendat Carbonariam sine licentia D. Lo. Ten. Potestatis, uel Judicis sub pena decem sol. pro quolibet, et uice qualibet. Et nemo laboret, nec laborari faciat in foueis sub Torricella sub pena quinque lib. et laboritium perdat, et si bestie ascenderent Carbonariam soluat dominus bestiarum pro qualibet bestia sol. duos minuta .s. grossa uero, quinque Teneatur etiam dominus Lo. Ten. Potestas, uel Judex inuenire arbores que essent comunis castri plebis et inuentas uendere pro dicto comuni, et eligantur per D. Priores qui pro tempore erunt, qui superstites noceant super Carbonarijs predictis qui reuidere teneantur muros, foueam, et Carbonarias, et ipsos reactari facere expensis Comunis, et Camer.s Teneatur ipsas expensas facere auctoritate ...

usq; in summam lib decem. Et D. Po. Ten. Ptas et Priores teneantur reinue nire foueas Cois ubicunq; sunt repleta et euacuarj facere per homines ill.s Terzerij in quo est tale foueum repletum, sub penis quibus ipsis uidebitur et hoc uinculo Juramenti et sub pena dece lib. pro quolibet.

De Litamine fouei Comunis

Litamen fouei comunis uendatur pro comunj, et nemo nisi qui emerit a dicto comuni de ipo litamine accipiat sub pena decem lib. den. et qlibz possit accusare contra facientem et habeat medietatem pene salvo quod fratres sci aug. et frates sci franc. habeant pro litamine horti illas foueas in foueo Cois quas soliti sunt habere. et fratres seruorz sce marie possint habere aliam foueam in foueo Porte Veccionj.

De Mattonata facienda et purganda

Si quis de aliquo burgo dicti castrj uoluerit mattonare an domum suam Dns Po. Ten. Ptas uel Iudex Teneantur facere actori et mattonarj illu burghum; Et quilibet teneat mattonare an casalinu et domum suam sb pena arbitrij eorz imponenda recusantibus: Teneantur etia ad petitionem interesse pretendentium uel Viciniorz facere extrahi ab hominibus quorz sunt domus siue Casalinj oes et singulos lateres deuastatos qui sunt in Vijs publcis, et facere immitti bonos sb pena uigti sol. cuilibet inobedientj repto negligenti: Teneatur etia quilibet purgare mattonatu et eleuare mundititia que est an domum suam quam habitat die Sabbatj sub pena decem sol. pro quolibet et qualibet uice, possit tn se excusare suo Juramento si dixerit se purgasse, sed Tempore pluuie possit munditiam stantem per medium uie adunare: Et si quis aliquid proiecerit de domo sua propria, uel conducta soluat decem sol. den. pro qualibet uice, et predicta banniantur in principio reginimis dctorz officialium.

immunditia an domu a dno domus extrahenda

De Scedis Laterum

Priores Cois Terre castri plebis uinculo eorz Juramenti Teneantur eligere duos bonos homines et legales, qui no sint Mattonarij, nec muratores, qui sic elect. dare debeant laborantibus lateres formam laterz siue scedam inue

nien. antiquam Canalis et Tegularum signando predictas scedas seu formas omnium supradictorum In mora palatij communis ubi sunt aliae mensure sig(nate) et predicti mattonarij facient Tegulas, Canales, et lateres sufficientes sicut hactenus consuetum est: quod si non fecerint quilibet eorum incidat in penam lib. uiginti quinque quas officiales dicti eorum de facto soluere compellant: et Lo. Ten. Potestas et Jud(ices) teneantur quolibet mense facere inquisitionem de predictis: et per inquisitionem contrafacientes de facto condemnare, et condemnationem exigere: Vendere autem teneantur predicta eo pretio quod erit taxatum seu determinatum per D. Priores et consilium, et non aliter sub dicta pena. Si quis uero uendiderit alicui lateres Tegulas uel canales, et illi cui fuerint uendite dixerint quod non fuerint facte ad scedam eorum, ultra penam Talis uenditor Teneatur satisfacere emptori quod per duos homines magistros muri fuerit Judicatum.

De Fossato Trogne

Fossatum Trogne Terminetur aptetur amplietur et sgombretur ita quod mulieres possint ibi comode lauare pannos sicut hactenus consueuerunt: et quod nemo prestet ibi aliquod impedimentum ad penam quadraginta sol. et hoc fiat de mense Maij.

De Fossato de Antanetis

Locumtenens, Potestas et Jud(ices) compellant Viarios quod faciant ampliari fossatum de Antanetis per illos qui habent possessiones Juxta ipsum, ita quod quilibet aptet quantum sua Terra tenet, et aqua bene discurrat et non offendat molendina, nec formas: et qui contrafecerit soluat uiginti solidos: In quo fossato mittatur fossatum de rapali expensis eorum, et una pons expensis hominum loci.

De Fossato Borgnanj

Fossatum vallis borgnanj mittatur et uadat unde antiquitus consueuit per homines loci et manu Teneatur in bono statu Arbitrio viariorum: Et Idem dicimus de omnibus alijs fossatis in quibus plenam habeant potestatem.

De Fossato frescioli et Calalis

In fossato frescioli a strata uersus clanes fiat una forma itaque per ipsam

aqua ipsius fossati bñ discurrat, et hoc ad petitionem illorũ quibus placuerit in qua facienda superstites habeant Arbitrium pro ut eis ui debr expedire Et si dicti sup(er)stites predicta fieri nõ fecerint, soluant Coi libras quinq(ue) den. pro quolibet: et Nullus debeat aquam extrahere de dicta forma ad aliũ locum sb pena uiginti sol. de facto exigen: et forma predicta mittatur à Terra ecclesie sancte Marie usq(ue) ad clanes, et abinde supra ut dictis sup(er)stitibus expedire uidebitur. Fossatum ũ casalis à strata que uadit p(er) uallem clanium extrahatur de ipsa strata et per unam formã mittatur recta linea usq(ue) ad clanes ut uenit fossatum desuper expensis hentium posesiones arbitrio superstitum: Qui si requisiti negligentes fuerint, incidant in penã lib. quinq(ue) pro quolibet: Ipsi uero possint inobedientibus penam imponere uigintj solidorũ.

DE Fossato vallis gratianj & Marenzanj

ITEM q(uod) in fossato vallis gratianj fiat expensis comunis unus ponticellus quas expensas Cam(erariu)s cois expendere teneatur presentis statuti auctoritate. Fossatũ marenzani fiat et aptetur, ad modum q(uod) reaptari debet secundum formam statutj de forma Triese, expensis aũt illorũ quos aqua dicti fossati tangit, et ledit: et cognoscatur de lesione, et hoc fiat a recisa triese.

DE Forma plani camparchi

DNS Pot(estas) Iud(ex) et Priores teneantur fieri facere unam formã per planum camparchi, et sit ipsa forma ampla de uiginti duobus pedibus ad pedem comunis. Cupa uero quattuor à forma que est in campo filiorũ Iacobi Castellanj usq(ue) in clanes: et hoc fiat expensis hominũ hentium posesiones in dicta contrada quos aqua offendit, et illorũ qui utilitatem habent de dicta forma, et fiat ad petitionem cuiuscumq(ue) petentis, Et per D. Priores pro his creari debeant tres superstites, qui et ipsi eligere teneantur sex bonos homines de dicto loco cum quibus deliberent ubi utilius fieri poterit in dicto plano una alia forma eo modo quo supra, dummodo nullum dañum prestet molendinis et formis comunis: et officiales predicti cogant hoĩes de dicto loco ad predictũ soluenũ: et satisfiat hominibus pro terra qua dicte forme miterentur ad uoluntatem dictorũ superstitum, Et qui contradicerent quod

forme

forma p̄dicti nō mitterentur soluant nōie pene cōi lib. viginti quinq. den. super quib. possint off^les predicti Inquisitionem facere: Superstites vero habeat salarium deputan per dnōs Prio^s et Consilium Sapientum

De formis ...

Si quis possessionem uel aliquod petiū Terre haberet in aliqua planitie in districtu dicte Terre in qua dns eius voluerit facere aliqua formā ut formas ad hoc ut aqua ipoz non offendat, q ille qui ht terram subter illam Terram teneat recta linea facere et fieri facere formas comunctz forme ut formis illius qui ht terram supra se, et aquam recolligere, et ipam mittere per suam terram usq. ad flumen, seu fossatū quod esset in dicta contrata: Et Idem dicimus de illis, qui habent Terras seu possessiones a latere sui vicinj qui vellet formam facere intra se et suum vicinum qui teneatur ad petitionem sui vicinj forma inter se et eum: in terra aut cōi expensis cōibus mittantur et fiant forme predicte: Et D. lo. Ten. Potas, et Iudex et quilibet ipoz ad petitionem Cuiuscumq. petentis cogant et cogere teneant quemlibet ad predicta faciendum sumarie et sine libello, precipiendo cuilibet ut predicta fiant et obseruent, et cōtrafaciendo incidant in pena quinq. lib. pro qlibet precepto q eis ut alicuj eoz fieret, que pena de facto exigi possit in premissis exequutioe procedendo

De forma Triese

... Ptas, Jud^x et Priores q^a flumen Triese dampnificaret confinantes in districtu castri plebis mittere pro uno bono mag^o qui cognoscat de rectitudine formaz et qui consulat qualr a ponte Abbatie Sci benedicti usq. ad Clanes possit melius mitti per planitiem Triese una forma sicut a dicto magistro cōsultū fuerit expensis hominū possidentium a dicto pōte infra, 9quos aqua dicti flumis offendit in eoz possessionibus et fiat ampla octo pedibus, et per quemcumq. compimi missa fuerit satisfiat dnō sicut miserit ad rationem Illius pretij quo videbr dnīs prioribus et Consilio sapientum, pro qualibet Corba, et fiat satisfactio partim per hoies hntes possessiones in dicto plano a ponte infra, partim vero per Comune Et ut melius eadem forma facta ut nō facta dampni euitari possit a dicto flumine Triese eligantur p D. Prio^s Tempore aliaz electionum duo superstites de hijs qui habent possessionem in dicto plano, uel qui offenduntur a dicta aqua a ponte pdicto supra, et q dicti superstites qui erunt electi possint dictis hominibus habentibus

N. 1.

possessiones, et qui modo predicto offenduntur Collectas imponere, et Camerarii dicti Cois colligere, et qui recusaret solvere, perdat quod ibi habeat et sit cois: Teneantur etiam idem offles et Priores de mense maij coadunare sex homines hentes possess. ut supra, cum quibus colloquium habeat si placet eis ut maiori parti eorum quod Triesa aptetur anno illo uno modo quam alio, et quod obtentu inter eos fuerit executioni mandare per supra dictos offles sub pena decem lib den. Et si quis habuerit aliquam petiam terre per ipsam planitiem uel alibi, quod ipsam possit afformare et per suum aquam mittere usque ad dictum planum et non mittat eam supra rem sui uicinj et fiat forma iuxta stratam Carllaij et a ponte pretis usque ad claues expensis hominum loci, et si facta fuerit reactare ita quod aqua que uenit a pe[illegible]io non discurrat in Triesam, et quilibet cogatur recipere aquam in rem suam sub pena centum sol. pro quolibet precepto eis faciendo per supradictos offles ut etiam superstites, et nihilominus cogantur formam predictam facere uel reactare: Teneantur etiam idem offles dno cogere omneis, et singulos homines et personas possessiones habentes iuxta Triesam ueterem coniunctim a ponte Albatie usque ad ponte pretis et sicut tenet sua possessio iuxta Triesam predictam ampli et ampliari faciat formam Triese ueteris, Ita ut ampla permaneat in fundo tribus cannis expen. eo modo quo sups. dictum est. Et quod fiat etiam quedam forma per planitiem Triese ita quod aqua moiuj, et marenzoni discurrat per istam formam usque ad claues ita quod non intret in formam per quam discurrit aqua Triese et hoc expen hominum de contrata; Et predicta loci Ten. Ptas, et Iudex uinculo Iuramenti Teneantur fieri facere sub pena uiginti quinque lib. pro quolibet, quandom per Priores, quam per Supstites requisiti fuissent, et negligentes inuenti et possint pro Iurisdictione sua preceptum facere sup premissis sub pena quinque lib. pro quolibet precepto.

De Aqua remouenda de uijs publicis

[A]qua per aliquam personam esset directa de re sua in aliquam uiam publicam et ea occasione Via destrueretur Viarij teneantur ipsam aquam facere dirigi per illam rem uel locum unde consueta erat ire, et ita aptetur quod uijs impedimentum non prestet, et de impedimento stetur Iuramento duorum hominum loci, ad quorum petitionem fiat directio dicte aque, et Teneantur lo. Ten. Potestas et Iudex dirigenti precipere, quod inde ad octo dies post preceptum dictam aquam dirigat per illam rem, quam dictum erit per homines loci predictos: et qui post dictum tempus in premissis negligens repertus fuerit, incidat in penam uiginti solidorum den.

pro qualibet uice, et nihilo teneatur aqua dirigere, et toties quoties in dicta pena. Item si esset aliqua fouea in uijs publicis. Teneantur ipsam facere repleri ab illo qui fecit, alias per homines ad petitionem cuiuscumque petentis condemnari debeant in penam quadraginta solid. pro quolibet precepto, à quo appellari non possit. et quod inter murum comunis et domum que est iuxta portam Vecciam uadat aqua sicut consueta est ire, et si per aliquam uiam generalem siue stratam iret aqua que prestaret impedimentum uie Teneantur Viarij ipsam reuidere et compellere homines loci sub pena quadraginta sol. pro quolibet ut faciant ipsam dirigi per locum ubi est minus damnum.

DE Aqua Calcinarior.

CALCINARIOR. Aqua non proiiciatur, nec aliquis excoriet coria, nec retineat calcinaria in uijs publicis in dicto castro, nec sub porticis, et qui contrafecerint incidat in penam sol. xx. et de predictis quilibet possit accusare et habeat medietatem pene.

DE Aqua oliuar. non proiicienda in vijs.

OLIVAGIA. Habuerit aliquis molendinum actum ad molendum oliuas non debeat proiicere aquam oliuarum in uijs publicis itaque aqua discurrat, et qui contrafecerit, incidat in penam sol. decem pro quolibet et qualibet uice et hoc tantum intelligatur in retinentibus dicta molendina et non in alijs hominibus dicti cast. contraque alie pene in statutis contentis locum habeant.

DE PRIVAGIIS et actatione eor.

PRIVAGIA Quicumque in Terra c. plebis habere repertus fuerit debeat ipsa actare, itaque putredo non possit discurrere in uijs publicis nec super uicinis, et debeat taliter actare quod non uideatur putredo alicuius cursus, et qui contrafecerit soluat centum sol. denariorum et constringat putredinem, et uiam teneatur facere actari. In cursu uero com. non debeat aliquis proiicere, uel Terram, nec aliquid aliud in gombrometum sub pena uiginti sol. den. Item quicumque qui proiiceret Terram in foueo de Casalino et priuagijs de dicta Terra castri plebis, itaque ipsam mittat inferius incurrat in dictam penam, et Nullus faciat putredinem super sedilibus eorum sub pena decem solidorum. et quilibet possit accusare, et medietatem pene consequatur: Qui uero

proiecerit ad prinagia aliquid quod prestet impedimentu(m) in uijs Teneat id eleuare inde ad tres dies sub pena quadraginta solidorum: et nihilominus eleuare cogatur et quilibet de predictis accusare possit, et medietatem pene habeat.

De Glondarijs

Teneantur Castri plebis et quilibet eorum Teneantur homines res habentes domos applicatas muro Cois cogere ut aptent stillicidia et glondarias ita quod aqua de domibus non discurrat per calzum communis ad Carbonariam, et claudant hostia ex parte muri, et teneant fenestras ferratas, ita quod non possit extrahi uel eleuari que fenestre sint ita facte quod unum ferrum sit comissum in aliud ita quod non possit ampliari, et qui contra fecerit soluat uigintiquinque lib. den. Si uero quis habet glondaritias uel aliquod edificium quod transeat medium muri uel offenderet uicinum suum uel quod aqua sua caderet per rem uicinj sui Teneantur tales glondaritias et edificia eleuare uel aptare, ad penam centum sol. denariorum.

De Actatione Murorum et Clauibus Terre

Duo Massarii eligendi per dominos Priores pro qualibet contrada debeant retinere claues cuiuslibet porte, et aperire de mane et claudere de sero si uidebitur offi(cialibus) dicte Terre: et si qua uia alicuius possessionis esset clausa uel super apprehensa, Lo. Ten. Priores et Jud(ex) faciant dimitti: et Nemo mittat bestias inter muros communis, nec ponat ibi macellas ad penam centum solidorum den.

De Vindemia

Nullus de dicta Terra castri plebis uel eius districtu sit licitum uindemiare post festu(m) sancti angeli de mense septembris, et non ante sub pena decem lib. den. pro quolibet contra faciente et qualibet uice nisi ex aliqua causa per consilium dicte Terre fuerit determinatum.

De Pontibus Actandis

[illegible] de guado salcis, pontem sancti cipriani, pontem de molis, pontem de

Iauello Teneant: Dns Lo. Ten. ptas uel Jud.x una cum deputandis a Priorib. 98
et consilio actari facere et ees dicti pontes et Transitus Stantes iuxta dctos potes
fiant et aptentur ut supra dictum est, et Cam. cois ad petitione superstitum
pro faciendo fieri dictos pontes et actatione eorum transeuntium expensis facere
teneantur: Et quilibet superstes habeat salarium a dicto consilio deputandu
et habeat quilibet ipo(rum) potestatem puniendi inobedientes usq. ad sol. decem p
qualib. uice: Vis aut que sunt ultra dictos pontes aptentur expen. homini
loci ad uoluntate dictorum superstitum quibus off.les predicti auxilium et fauo
rem prestare Teneantur. et debeant actare pontem in Contrata rusignanij ut
ubi placuerit superstitibus predictis expen. hominum loci. Jt. fiat unus pos
ad quadam prefellis cuius superstes ille sit quem dnj Priores una cum dicto co
silio ordinabunt, expensis sup.dictis Jt. fiat Unus pons in Triesa expen
communis, dummodo no ascendant ad summam ultra quinq. lib. cuius superstites
eligere Teneantur Priores: et quicumq. acceperit de dctis pontib. ut altero
eorum Tegulas, lateres, Tabulas, lignamina, uel in aliquo molestauerint pontes
predictos incidant in penam decem lib. den. et quicumq. Trasmauerit per ali
quem dcorum pontiu soluat communi dicte Terre et plebis lib. uiginti denariorum
et q Cam.s cois possit et debeat omnes expensas necessarias pro actatione pontis
Sci cipriani, pontis de aiolis, pontis d Iauelle sine aliq.a apodissa no ob
stante aliquo statuto quod loqueret de expnsis faciendis et si denarij no
essent in communi, debeant poni per dnj lo. Ten. ptatem, et Iudicem datia
autoritate huis statuti pro pontibus actandis arbitrio eorum exigen. et hoc
fauore dictorum Pontium.

De Posessionibus Cois reinueniendis.

IN PRINCIPIO cuiuslibet officij D. lo. Tenentis. Ptatis, et Judicis,
cum consilio eligant Tres hoies una cum consilio sapientu et generali qui Te
neantur inuenire tam per uiam inquisitionis q. denunciationis et qui alio melio
modo q poterunt oes et singlas poses.s et iura Communis cast. plebis contra
quos sic ipsis inuentis detentores et assignatis Teneatur quilibet ipo(rum) off.s pro
cedere contra eos cum precepto de relaxando infra certum Tempus, quo trans
acto nulla per eosdem retinetes facta relaxatione per uias sup.dictas pro
ceden. quemlibet ipo(rum) punire et condemnare in pena Centu librarum pro quolibet,

et nihilus eosdem precise cogat ad relaxationem predictam itaque Sindicus uel Commune predictum de possessioni relaxata, verus possessor efficiatur et hoc teneantur facere sidem officiales ad petitionem dictorum hominum sub pena quinquaginta lib. pro quolibet de salario retinenda Tempore Sindicatus.

DE Fonte monsignanj Troghis Venelle Piscini Buttinj et Ripe Terre dictum

Statuimus et ordinamus quod fons monsignanj actetur ita quod bene aquam retineat ad sensum unius boni magistri et similiter fontes Troghe Venelle piscinj buttinj et ripe expensis communis dicte Terre quas camerarius Communis soluere Teneatur ad petitionem superstitis per Dominos Priores Tempore electionis aliorum officialium absque aliqua autoritate uel licentia, et officiales dicte Terre predicta fieri facere Teneantur ad petitionem cuiuscumque petentis et quod aqua que exit de dicto fonte monsignanj dirigatur per unum conductum in pede coste sglionj per homines habentes possessiones ab inde infra usque ad clones. Et ad predicta facienda Idem officiales et superstites habeant omnimodam potestatem actandi ponendi penas exigendi prout eis uidebitur expedire: et sic dicimus in alijs omnibus fontibus.

DE Puteo Casalinj

Puteus Casalinj Cooperiatur de bonis lignis de querci et mattonetur desuper ita quod nulla inmunditia in dicto puteo cadere possit, et nemo faciat sozzuram super eo ad penam uiginti sol. denariorum.

DE Venditione Vini et Aceti ad minutum et Eorum mensuris

Statuimus quod Tabernarius publicus et abegator debeat retinere pitictum medium pitictum et foglettam ad mensuram communis signatas sigillo communis, et qui uendendo contra predicta fecerit incidat in penam uiginti sol. et quilibet possit accusare et habeat medietatem pene. Statuentes quod quilibet vendens uinum ad minutum Teneatur retinere omnes et singulas mensuras supradictas addrictas et sigillatas sigillo communis plumbeo. et si aliquis inueniretur aliquam dictarum mensurarum

nō Justam uel nō sigillatam puniri debeat per D. lo. Ten. p̄tatem, uel eius Judicem in sol centum den. de facto absq; processus institutionē. Valentes super predictis Casibus etiam per accusationem et Inquisitionem procederē. Et sigillari debeant dictē mensurē per deputatū uel deputandum a dicto Coī. c. plebis uel ab eo qui emptor inuenietur qn dicta sigillatio a dicto communi uenderetur, Et q̄ Nulls qui uendit ad minutum debeat retinere in eodem cellario ubi uinū uendit aliquod vas aptum ad mensurā uel similē at minus mensurē sigillatē et qui contrafecerit incidat in penam quadragta sol. den. Possit tn̄ Idem venditor retinere Ciatos, nappes, et alia uasa maiora nō sigillata sine pena. Et vendentes predicti in Tabernis uel alibi debeant, et Teneantur dictas mensuras remboccatas retinere, ita q̄ nihil intus possit remanere sub pena quadragta sol. den., et possit unusquisq; accusare et medietatem penē lucretur.

De Macellariis, Locis macelli et Carnium uenditione et permissis

Macellarij nō possint habere macellū, nec uendere Carnes intra confines platee communis, et quilibet possit carnes facere et uendere in dcō castō in quolibet alio loco, et qui contrafecerit soluat nomine penē decem lib den. et de omnib; et singlis loquentibus in Capitlis contentis de macellris D. lo. Ten. ptas. uel Judx et eius officiales possint contra eos et quemlibet ipsorum inquirere, inuenire, et condemnare, Et nulls debeat in Carnibus porcinis ad pondus uendere gambas nec capaccias, et qui contrafecerit incidat in penam uigi. sol. den. et quilibet etiam possit eum accusare et habeat dimidiam partem penē. Ita q̄ Exequutor dctor offi. debeat retinere stateram, et pondera, et uinculo Juramenti Teneatur carnes quas emerent homines dictē Terrē reponderare. et si minus iusto pondere inuenerit de facto cogat uendentes soluere uigti sol. den. et credatur dicto eiusdem exequtoris. Ita q̄ dicti Carnarioli et macellarij nulla societatē facere possint ā tribus supra. et qui contrafecerit, incidat in penam decem lib den. pro quolibet. Et Nulls etiam Carnifex in dcta Terra c. plebis audeat uendere Carnes morticinas sub pena centū sol. Liceat tn̄ cuilibet facere carnes morticinas et alias carnes schadutas, et que per hoc statutum uetita sunt in macello predicto in locis cōsuetis extra portam dictē Terrē, castri plebis.

Nullus etiam Carnifex uendat, nec retineat in uno et eodem discho carnes pecu
dinas uel caprinas cum carnibus castratinis siue porcinis et cum scrofeis sub
dicta pena et possit etiam quilibet accusare et medietatem pene habeat, nec
etiam uendat carnes schrofinas pro porcinis, nec montoninas pro castratinis,
nec unam carnem pro alia, aut carnem bicci pro caprinis sed sit licitum
retinere in eodem discho porcinas et bouinas, nec debeant facere carnes die
bus dnicas nisi a kl. maij usq. a kl. octobris et carnes morticinas et alias
que nō possint uendi in macello: Possint uendi diebus dnicis et alijs diebus
extra portam in locis consuetis, saluo q possint uendere carnes caprectorum
et agnorum et aliorum bestiarum saluaticorum et decariarum quocumq. Tempore et
Tabernarij similiter teneantur eas nō uendere diebus dnicis crudas sub pe
na sol. centum den. quorum medietas sit accusantis: Teneantur etiam
Carnaioli predicti qui excoriant castratos, dimittere eis medionem et tene
tur quousq. uenditus sit Castratus ad dictam penam: Item si dicti Carnaioli
nō facerent pro Temporibus carnes sufficientes itaq. placeant superstitibus
eligendis et pro pretio competenti possint consilium generale licentiam dare
uolentibus carnem uendere in dicta Terra modo predicto: et si qui predictorum
uolentium receperint ab aliquo uerbum iniuriosum, uel iniuria facta fuerit
suo Iuramento credatur et iniurians uice qualibet condemnetur in centum sol.
den. Item q nullus de dicto cast.o deferat carnes morticinas, nec granellosas causa
uendendi in dicto cast.o alicui ingrossum uel ad minutum sub pena decem lib. den.
Et q carnaioli Teneantur occidere bestias in domibus eorum, et antequam occidat
ostendant superstitibus predictis uel alteri eorum, et deinde colligant sanguinem
et putredinem itaq. nō discurrat in uijs publicis, nec mittere possint in granello
alicuius bestie aliquid, et qui contrafecerit in aliquo predictorum centum solidos den.
soluat pro qualibet uice, et nullus Carnifex possit uendere in macello infra ca
str. plebis carnes scrofinas ad penam predictam, sed tantum extra portas dic
te Terre: et quicumq. uoluerit carnes uendere in macello cōis, possit Iurando
primo dictam artem soluendo comuni predicto, q per eum promissum fuerit
nec possit quisquam macellator, aut aliquis alius in Cast.o plebis uel eius districtu
interficere aliquam bestiam bouinam nisi primo demonstrata fuerit superstitibus predictis
sub pena uig.ti sol. den. pro qualibet et qualibet uice, et nihilominus teneatur satisfacere
estimationem dicte bestie si inuenerit fore furtiua. ordinamus tamen q cuilibet sit
licitum uendere carnes porcinas salatas per octo dies ubicumq. et qui uoluerit per lectum

iniurias macellariis
... pena ss 100

scrofinas prohibita
... terre ...

macellarij ...
...

Terram absq; aliqua pena :.

De Prohibita emptione Piscium

Nemo emat pisces ab aliquo de dicta Terra uel eius districtu in grossum causa uendendi ad minutum, et qui contrafecerit soluat centum sol. den. pro qualibet vice, nec debeat uendere in grossum, nec ad minutum postq; fuerit portatu ad dictam Terram causa portandi ad alias partes, nec associet aliquem forensem ad uendendum ipos, nec pro forense uendat sub dicta pena

De Pischatoribus et piscibus uendendis

Quicumque uoluerit piscari uel nauigare in flumine clanis pischetur, et nauiget pro communi et non alr, et qui contrafecerit soluat uigintiquinque lib. den. Et idem dicimus de forma molendinj comunis quantu ad pischandum. Nemo aut pischetur ad edificiu faciat in legha noua cois nec prope ad duas cannas, nec desup, nec desupter, quicumq; uero extra iurisdictionem castri plebis damnum dederit in clanibus, uel deuastauerit arellas pro comune Teneatur emendare damnu pro qualibet arella dece lib. et inuentus ita damnu dare, possit ex eo uindictam sumi absq; pena: Et q per totu mensem maij et Junij Teneatur Ptas uel Judex facere eleuarj Nauim grossam si opus fuerit reactare, et de ea fiat sicut placuerit generali consilio, et q unicuiq; sit licitu deferre pisces ad dictam Terram salatis et recentes de quacumq; aqua ad uendendum hoc excepto, q pisces alterius clanis q nre deferri nõ possit ad uendendu ad Terram predictam sub pena centu sol. pro qualibet contrafaciente, et perdat pisces: Liceat tn unicuiq; Tempore quadragesimali pisces deferre ad uendendum de quibuscumq; clanibus, et de quibuscumq; locis non obstante aliquo statuto in contrariu loquente, Item quicumq; portauerit pisces ad uendendum in plateas uel pischaria cois a kl Junij, usq; ad kl octobris debeat ipos uendere ea die qua portauerit, et si nõ uendiderit, nõ possit sequenti die uendere, sub pena proxime dicta: et pisces predicti possit accipere quilibet sine pena: Alijs uero Temporibus possit eo die et sequenti uendere, et Nemo de castro plebis pischetur in aqua clanae sine licentia emptoris et qui contrafecerit soluat de die uiginti quinq; lib. den. de nocte uero quinquaginta et intelligat in eo qui erit maior quatuordecim annis: forensis uero si per ipam

predictam soluere nõ poterit, amputetur ei Manus uel Pes, arbº D. Po. Ten. Prato, uel Judicis: Pischatores autem nõ uendat pisces alibi q̃ in Pischaria communis à festo oium Sanctorum usq; ad Natiuitatem dominj: et pisces deferre et uendere Teneantur duabus uicibus in edomeda: Preterea Nemo qui in posterum clanarum fructus emerit à cõi, nec Aliqs piscator, uel alius Cuiuscumq; conditionis possit per se uel alium extrahere de districtus Terre predicte aliquod genus piscium salsum uel non, preter anguillas salsas, Dummodo in dicta Terra Tempore quadragmẽ uẽdat mille libras de primo salitus Dnis prioribus consignandas uel his quos elegerit consilium et publice uendendas pretio trium sol. pro libra et partiendo hoc modo. vj. q̃ in qualibet ebdomeda dcts emptor inmittat et uendat de dictis mille libris Centum quinquagtª. et q̃ supererit pro complendis dictis mille lib. inmittat et uendat in ebdomeda sancta sub pena uigintiquinq; lib. den. et amissionis piscium applican pro medietate cõi, pro quarta parte inuentorj, pro alia quarta parte officiali executionem facienti.

C Quod Tabernarij nõ emant pisces causa reuendendi

Nullus Tabernarius, nec albergator possit aut debeat pisces emere causa reuendendj ad minutum: et qui contrafecerit incidat in penam centum sol. possint tn̄ pisces emere ad minutum et reuendere ipsos coctos uel coptos absq; pena hospitatoribus tamen forensibus q̃ de dicta Terra.

C De non emendo oua, et Alia Cibilia alibi quam in Platea

Forensis quicumq; aut de Terra uel districtus cast. Plebis cuiuscumq; conditionis nõ audeat alibi q̃ in platea cõis emere oua, caseum, pullos, caprettos, agnos, pira, mala et similia et quodcumq; genus auium, lepores, et alias bestias ferinas que portarentur ad dictam Terram castri Plebis ad uendendum et qui contra fecerit, soluat solidos quadragtª. pro qualibet uice, in quam penam et Emptor intelligatur et quilibet possit accusare, et habeat medietatem pene: et Nullus emat oua, caseum, ut aliquid aliud edibile cã reuendendi usq; ad horam none sub dicta pena, exceptis bestiis ad macellandum aptis, et nulla res desuper descriptas in platea predicta possit uendi nisi post sonum campane et etiam qui per horam steterit in dcã platea, sup quibus executor et officialis dicte Terre procedere possit et ad accusas, Inquisitionem et Inuentionem.

DE PIZZICAROLIBUS

Extra apothecam Nullus Pizzicarolus res suas teneat diebus dominicis et natiuitatis Domini ad uendendum, saluo quod possint in domo uendere Caseum, oua, et alia similia, nisi Forum annale uenerit in die dominico: et si contrafecerit soluat pro qualibet uice sol. [illegible]. a festo aut sancti Joannis de mense Junij usque ad festum sanctae Mariae de mense aug. res predictas retinere possint et farinam ante Apothecam suam, et quod Dischi, uel bancha sive [illegible] ante apothecas platee, siue per totum dictum Castrum non sint amplitudinis mediae Cannae et stoiae quae tenerentur ante Apothecas stent longe a Terra per unam Cannam et quod Pullaioli et retinentes pullos ad uendendum non possint tenere ante Apothecas eorum nisi unam stiam, et super ipsam tenere stiam cum piprionibus et non aliud sub pena uiginti sol. den. pro quolibet et qualibet uice: et predicta bamniantur in principio officij Domini Locum Tenentis seu Potestatis.

DE FORNARIJS

Fornarij in Terra Castriplebis ut eius districtus existentes teneantur bene coquere panem et bono modo, et accipere de coquitura pro qualibet Corba farine sol. [illegible] den. et non ultra, sub pena uiginti sol. pro qualibet uice et reddere panem si perderetur ad furnum, et emendare si non esset bene coctus ad Juramentum damnum passi: et de predictis Quilibet predictorum D. Lo. Ten. Potestas et Judex possint et teneantur procedere per Inquisitionem ad querelam et ad accusam: et contrafacientes condemnare in dictis penis: possit Insuper fornarius retinere panem Tantum quod sibi possit satisfieri pro coquitura, et teneatur Potestas, aut dominus locum tenens facere iurare fornarios aut fornarias predicta observare.

DE BASTARIJS

Bastarius Quilibet possit stare extra plateas ubicumque uoluerit, dummodo teneatur battere pilum et borram intra hostium domus uel apothece sue: et qui repertus fuerit in premissis contrafecisse soluat uiginti solidos den. et platea in isto casu intelligatur prout erit confinata in alio Capitulo.

DE MOLENDINARIIS

Nullus Molendinarius auferat alicuj Vicem suam ut horam molenne secundum

ordinem antecessionis ad molendum nec accipiat ab aliquo nisi multuram et teneatur bladum molere bona fide, et sine fraude, nec extrahere bladum de blado, sive farina de farina et ibidem furfurem mittere, Teneatur etiam in molendino tenere Cassitias sive schudellas signatas cum qua accipiant multuras: et habeant dictam schudellam cum chatena, et accipiant secundum ordinem eis datum multuram predictam et nõ plus, et si in predictis, vel aliquo predcõr inventi fuerint contrafecisse, incidant in penam vigintiquinq, lib den. pro qualibet vice et Teneatur Dns Lo. Ten. vel Potas in quolibet mense mittere extrahordinarium suum unã cum Notº maleficiorum et si invenerint dcõs molendinarios in penam aliquam incidisse, lucrifaciant medietatem dicte pene in quam incursos esse reperirent molendinarios predcõs: Et qn idem Molendarij accipiunt multuram, Teneantur portare in manu unum quartum signatum signo Cõis castri plebis et in ipõ multuram mittere, et Dñs habentes molendina vel eadem exercentes In primis et ante omnia qn aliqua quantitas bladi vel alts grani intrat in dictum molendinum causa molendi teneantur idem molendinarij habere unam stateram grossam rectam et signo cõis signatam, cum qua ponderare debeant quantitatem predictam et deinde molere, debitam molendam extrahere ut dictũ est Ultimo loco cum dicta statera ponderare habeant farinam ut appareat ratio utrinsq, tam molendinarij q portantis dictam quantitatem, et ita predicta tractare ut unicuiq, remaneat quod suum est: Et si in predictis fuerit inventus aliquis molendinar. qui predcã nõ observaverit, aut etiã fraudaverit observando dictum portitor. incidat et incidere debeat ac intelligat in lib vigintiquinq, et in casu fraudis Teneatur eundem portitore conservare.

De Aedificio nõ faciendo quod obsit Molendinis

Edificium quod obsit Molendinis Nemo faciat ab ore astronis usq, ad Conamen, et qui contra fecerit incidat in penam vigintiquinq, den. Et si aliq impedimentum fecerit Tenet D. lo. Ten. Potestas, et Index demolirj facere ab illo qui edificaverit sub dicta pena, cuius medietas sit cõis alia accusantis Itẽ nullus faciat in aliquo flumine vel fossato ubi sunt molendina aliquã legham vel alzet dicta legham q obsit alterj molendino quod ibi esset: sub dicta pena, et nihil q noviter factum fuerit elevare Teneatur: Teneatur

etiam D. lo. Ten. Ptas, uel Iudex et commune predictu inuenire forma uel leghaz molendinorum usque ad ponte sci cipriani ad quod eligi debeant duo homines qui eam reltare faciant expensis cois, et quandocumque iuxta formas quorumque molendinorum per una Commom Inuente fuerint bestie Dns dictarum bestiarum sol nat illud damnum quod soluit de bestijs dominu dantibus de blado alterius et Nullus prestet aliquo impedimentu, aut det dammu et incidat aliqua arborem exi stentem in formis dictorum molendinorum sub pena centum sol. : et possit Dns lo. Ten. ptas, uel Iudex super premissis inquirere et inmoxio inuento con demnare

QVALITER Forme et Fosse rem... ...

QVICVMQVE habeat formam uel fossatum comune possit ipsum uel ipsam re munire et probicere Terrenu a suo latere tantu, si consors suus post quintu diem qua requisitus fuerit per consortem suum una cum remunire noluerit ab sque alia pena

DE ... obseruandis per Artifices

OMNES ARTIFICES dicti cast. pleb. in principio officij Dnorum prior Iure Tenentur hobedire Dno lo. Ten. potati et eorum off. et obseruare oia ordinamenta per eos facta et facien. : et qui predicta denegaret uel contrafa ceret in quinquaginta lib. den. condemnentur dcto Coi. et pro artifitibus ha beantur illi quos priores uel maior pars ipsorum duxerint declarari

DE Tintoribus uolentibus uenire ad Cast. pleb., et eorum Priuilegio

ORDINAMVS quod quicumque uoluerit uenire ad cast. pleb. ad facien. arte Tintorum et ad Tingen. pannos, et Tenere Caldariam ad faciendum ea que pertine ad artem predictam autoritate presentis statuti habeant de hauere di decem libras den. dummodo primo docet stare in dcto castro cum Calda Artem predictam exercere per unu annum

DE Laborantibus Terram ...

102 v

Quicumque laborauerit terram alterius de qua tenet reddere terraticum sine bladu nõ debeat bladum extrahere de terra sine licentia illius cuius fuerit terra, uel famuli aut alicuius de sua familia et qui contrafecerit solvat comuni castri plebis lib. decem. den. et e contra nõ possit dñs bladum sine licentia laboratoris de dicto loco extrahere, sub dicta pena: et teneantur laboratores seminare terras quas laborauerint, et renumptiant eas dñis terrarum ante festum scẽ Marie de augusto nisi ex pacto aliter tenerentur quod si nõ fecerint, in illo anno teneantur reddere terraticum ac si seminassent, et si quis colonus uel Inquilinus posessione alicuius conduxerit alienando uel ex alia causa cum aliquo contrahendo uel alteri submittendo, incidat in penam supradictam. et talis contractus sive obligatio nõ teneat: et quando colonus nõ posset laborare terras sibi locatas occasione guerre, pestis aut incursionis gentis armigerarum in partibus ubi esset res locata, nil possit locator petere occasione locationis etiam si congruo tempore idem colonus nõ renumptiauerit propter predicta: Et si post locationem factam dñs, predium uel rem dictam alienauerit nõ intelligatur ex hoc Jus dicti coloni in aliqua parte diminutum. sed saluum esse intelligatur. et nulla persona castri plebis uel in ea habitans laboret nec possideat aliquam rem sive posessionem pro aliquo qui datium nõ solueret et alia seruitia cõis nõ faceret sicut alij homines de castro plebis sub pena uiginti quinque lib den. possit etiam Lo. ten. et Ptas, uel eius Jud.° de his inquirere contrafacientes condemnare. Jtem quod omnes laboratores in comitatu dicti castri plebis debeant ponere in predio quod laborant decem postimina pro anno, quolibet sive totidem arbores siluaticas in eo existentes In campo uel petia terre usque ad numerum trium uel quattuor sub pena uiginti sol. pro quolibet postimine ponendo sive inserendo, et de his stari debeat Juramento dñi dicti predij uel posessionis, et predicta teneantur Lo. ten. et Ptas, banniri facere in quolibet mense Januarij.

DE Macinatoribus oliuarum.

Macinatores oliuarum teneantur et debeant remacinare noccioles oliuarum si petitum fuerit per illos quorum sunt oliue sub pena quadraginta solidorum Qui macinatores persona nõ debeat prohicere noccioles in uijs publicis sub dicta pena Et ni

